SYNODUS
VENUSINA

Digitized by Google

108
7
28

Digitized by Google

SYNODUS DIOECESANA

AB ILLUSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO DOMINO

D. PETRO ANTONIO CORSIGNANI

Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Venuſiæ Epiſcopo,

In Cathedrali Venuſina Eccleſia

CELEBRATA,

Dominica in Albis, & duabus Feriis ſequentibus IV. V. VI. Menſis Aprilis MDCCXXVIII.

ACCESSERUNT

Ejuſdem Eccleſiæ. ac Civitatis hiſtorica Monumenta, una cum Epiſcoporum Catalogo

AB EODEM ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. ANTISTITE

Nunc primum collecta, & in lucem edita.

OMNIA

BENEDICTO XIII.

Pontifici Maximo felicitèr Regnanti

SUBMISSA, ET DICATA.

Ex dono Illmi Dni D. Ignatii de ... Romæ. 1728.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

*

VENETIIS MDCCXXVIII.

+ Benevolis Lectoribus postea Opuscul. ... quali Neapoli in lucē prodiit hoc opus =

Digitized by Google

Digitized by Google

BEATISSIMO, AC SANCTISSIMO

DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIII.

PONT. MAX.

Petrus Antonius Epiſcopus Venuſinus F. D.

SYnodum Venuſinam, ejuſdemque Eccleſiæ, atque Civitatis hiſtorica monumenta, ut dudum ab imperio tuo, Beatiſſime Pater, mandatum accepi, divina aſpirante clementia, & ego pro mea conatus tenuitate, nupèr ce-

* le-

Digitized by Google

lebravi,& exaravi.Cogitāti verò mihi,cui potiſſimum hoc primum Paſtoralis meæ ſollicitudinis opus voverem,unicè ad votum, votique emolumenta, ad gloriam ſcilicet, ac Majeſtatem, ad firmitatem, ad robur, Sanctitas Tua, accurrebat. Operæ quòque pretium erat illius præſertim nomine, ac Beatiſſimo auſpicio hanc elucubrationem inſcribere, à quò, & benigno honore faciendi facultatem, & ut facerem pluriès egregia exempla perceperam; Illa itaque, & cogitatio accedebat ſpeculum, quos à ſole excepit radios, non modico intuentium bono, & lucis etiam incremento in Solem ipſum reflectere: Flumina pariter ad eum, quo exeunt, Oceanum reverti.Quid ultra?miratus jamdudùm inacceſſibilem mentisſuæ ſublimitatem, nonniſi veritatem, & Catholicam Religionem eam prò objecto habere, & tota animi ſui conſtantia colere perpenderam; Quadere Venuſinas Synodales Conſtitutiones, quarum per centum viginti fermè annos Eccleſia hæc ſalutari luce carebat, & illius etiàm hiſtorica monumenta hactenùsà nemine exarata, Tibi uni utraque nuncupare, & fas,

& ra-

& ratio, & gratitudinis philoſophia undequaque ſuadebant; *In* his enim omnibus omni fuco, peregriniſque facundiæ pigmentis denudatam inventurus eras veritatem; *In* illis verò vetuſtate condecoratam, àc monumentis obvallatam, noſtram aſpecturus Religionem, quà ſub animi tui Imperatrice, tam altè, latèque meruiſti, ut nihil præter ipſam meritis tuis idoneum, & æquabile reperiens, per Summi Pontificatus honorem virtuti tuæ ſeipſam tradiderit gubernandam. Oh præmium Cœlo dignum, quò nihil majus in Terris unquàm poterit excogitari! Sed oh magna virtutum tuarum indoles, quæ omnia humana traſcendens ad eum gloriæ verticem pervenit, qui de Cęlo eſt, àc de Cęlo loquitur.

Licèt verò tot tantiſque, momẽtis, ut hanc Synodum Majeſtati tuæ ſacrarem, fortiter, ſuaviterque compellerer; Timor tamèn, ne præcipitis eſſem Conſilii, Chriſti in Terris Vicario, & tam eximio *P*rincipi munus ità exiguum offerre minimè perpendendo, nec tantam animadvertendo Majeſtatem, diù à voto retardavit. At tandem fluctuantis ani-

mi eſt penitùs ſerenata turbatio, ut primum memor fui illius Clementiæ, ac bonitatis tuæ quæ accurrentibus ſempèr obvia, & in excelſius evecta culmen Soli ſimilis, ne humillimis quidem coruſcantem denegat ſplendorem. Non meà itaque audacià, ſed begnitate tua foras expulſo timore, ne dùm tam parvis munuſculis ad maximam dignitatis tuæ Aram venerabundus accedo: Verum quia ſine te nihil tibi apud hanc eram, ne unus quidem poterit adolere, nonnullas etiam laudes ex egregiis animi tui dotibus eruam, erutis vero oblationem meam cumulabo, cumulatam denique omnium oculis placituram confido. At certè hinc, neque auribus tuis placita, neque animo volentia me dicturum redargues; Hoc certiſsime ſcio eventurum, & nullatenus dubito, quia, & firmiſsimè teneo. Verum quid inde! Ergo nè, vel ad meritum tuum tibi non famulabimur, non obſequemur! in ampliſsimà meritorum tuorum ſegete omnibus quidem ille ſupereminet Manipulus, illum unum cæteri videntur adorare, quò laudes ſub univerſis virtutum generibus meruiſſe procuras, meritas

ve-

verò merenti faſtidio habuiſſe contemnis; Demus igitur, ut contemnas, contemnens magis, magiſque mereare, & ſic per laudes non laudibus, ſed meritis tuis famulemur. Omnibus de te ſcripturis, quàm probabile, quam rationabile hinc ingeres obſequium, omnique ab adulandi ambitione præripies! at profectò hujuſmodi Scriptores obſequio officient meo, longè enim, latèque de Beatitudine tua verba facturos proſpiciens, arcto ego, tenuique orationis modulo vix ſumma ſequor veſtigia rerum; Solabor tamèn, nec me unquam, vel brevi libello laudaſſe pigebit, quandoquidem, utcumque potui, meritis tuis incremento fuiſſe cenſebor.

Unde itaque exordiar? undeque compendium facere incipiam? abſit hic, verbis, ſtiloque te ad totius orbis oculos exponere neceſſum eſſe ut arbitrer; En omnes regià natalium nobilitate, fulgido animi qualitatum jubere, præcelſoque omnium dignitatum faſtigio maximum te ſuſpiciunt, ac venerantur. Vetuſtiſſimam etiam diademate, totque militantis Eccleſiæ Cardinalibus,

San-

Sanctiſſimiſque Pontificibus, ac per multis aliis in beatorum Catalogo adſcriptis condecoratam ſilentio pertranſibo familiam; Cum lumina tantis obruta ſplendoribus caligantia, rutilantes præclariſſimi generis tui radios minimè poſſint ſubſtinere. At præterea irritum hoc totum eſſe percenſeo, quippe omnia laudibus, encomiiſque digna, quæ in tuis Atavis admiramur quaſi in Epitomen complexa majori quoque cultu, Tibi uni inhærentia conſpiciantur. Dicam igitur à teneris quidem unguiculis Herculi haud diſparem Virtutis Te elegiſſe ſemitam. Quàm apprimè Ortus indicavit Diem! dum adhuc Ephæbus, ipſum exprimens orientem Phæbum, fulgentia undequaque effudiſti lumina; & Adoleſcentiæ proximus, Sacro Prædicatorum Ordini nomen præbens, in omni ſcientiarum genere ſuprà Fidem inveteratus, eodem pariter florido ætatis Vere permaturos Autumni fructus, ad miraculum emiſiſti. Undè jure optimo roſeo inſignitus Pileo à Clemente X., ad Sacrum Purpuratorum Patrum extemporè adſcriptus fuiſti Senatum; ad quem Eminentiæ apicem evectus, quan-

tum

tum Tibi Sacra Purpura detulit honorem. tantum omnibus eminens ſcientiis, moribuſque integerrimis, ipſi præſtitiſti decorem. Florentibus etiamdùm annis, nec hactenus juventute exutus Divino charitatis in Deum & in Proximos ardore ſuccenſus, æquo animo, alacri vultu, Sipontinam priùs, deinde Ceſenatenſem, ac Beneventanam poſteà ſummis omnium plauſibus excepiſti Sedem. Parce exclamanti, parce precor: oh Civitates ſupra omnes fælices tanti ſub Antiſtitis gubernio! oh ad invidiam uſque fortunatæ oves tanti ſub Paſtoris cuſtodia! Quibus Patrem Tutoremque pro Pupillis, Procuratorem pro Innocentibus, Advocatum pro pauperibus, calcar pro bonis, frenum pro improbis habere contingit. Quem vita innocentiſſimum, ac ſanctitate præmunitum ſaxa ipſa, quæ in terribili Civitatis Beneventanæ terræmotu ſoſpitem, incolumemque ſervavere, lapideis conteſtantur linguis. Ne dicam, hujuſmodi marmora, quaſi ſenſibus haud denudata, præſagiiſque imbuta in poſterùm celebri expolita ſcalpro, Sacrarum Ædium inſigni ornamento inſervitura,

gra-

gratam recipiendi beneficii memoriam ſervaviſſe. Cujus ſiquidem firmiſſimam Doctrinam, Sacra Coſmographia, Conciliaque Provincialia, elucubrati, ac artificio diſtincti ſermones illi, quibus ad Deiparæ honorem, & vitæ chriſtianæ decus pro Sacro Suggeſtu adhortatus eſt Populum, per totum prædicant orbem. Quem, nitidiſſimum Sacri Collegii Speculum, acerrimum Eccleſiarum Immunitatum vindicem, omniumque hujus Regni Epiſcoporum providiſſimum Adjutorem, aurea effata eſt fama. Oh fæliciſſimæ ergò ſupra omnes ſub tanti Antiſtitis gubernio Civitates! At lumen tàm ſplendidum diutiùs ſub humilitatis modio manere Deus non permiſit SANCTISSIME PATER; illius quippe humilitatis ſermonem habeo, qua adhuc Puer avitæ Domus Imperia, Gravinæ, aliarumque Vrbium excellentiſſimos titulos, ac Principatus, divitiaſque permultas, parvi, nihilique ducens, præſtanti contemptu admittere noluiſti: Juvenis exinde Purpureum illum Cardinalatus muricem pluries rejeciſti. Ad maturam denique provectus ætatem eò exoptatam,

tam, ut nihil ultrà, ſummam Catholicæ Eccleſiæ Poteſtatem iteratis detrectaſti conatibus; majorem impendens operam in illa rejicienda, quàm in eadem emendicanda quiſquam alius duros ſubiiſſet labores. *I*ta res ſe habet, Beatissime *P*ater: meritum etſi fugiens concitato greſſu honores inſequuntur. Obedientia itàque compulſus Divinus Atlas ad gloriosè ſubſtentandum Eccleſiaſticum Cœlum, Urbe, Orbeque plaudentibus maximam ſuſcepiſti *P*rovinciam. Quamvis verò in Altiſſimo Chriſtiani Orbis Throno collocatus, verumtamèn cordi infixæ, numquàm immemor laudatæ humilitatis, ſummiſſa quæque, & abjecta, Chriſti prorsùs exemplo, minimè dedignatus es. Hinc aſſiduè Xenodochia inviſere, minima etiam inſpicere Pontifex Maximvs, moribundis intereſſe, ægros ſublevare, ac pauperibus auxilia præbere, omnes in dies auſcultare, omniaque illis diſpergere immortali nominis fama, pergrande animi tui ſtudium eſt. Magnum immò re, verbiſque

pa-

pariter Maximum Te oſtendiſti , ut verba illa: *qui fecerit , & docuerit magnus vocabitur*, adamuſſim comprobarentur in Conciliis , cum Cleri reformatione à SANCTITATE TUA laudabiliter peractis , necnon in Vniverſali elapſo Jubileo; in illis enim Divino incitatus afflatu , ſanctiones tam pias , legeſque Sanctas indixiſti ; in hoc verò mores ſuos ad Cœleſtem Chriſtianæ Reipublicæ rationem Tui exemplo , cuncti etiam exteri direxerunt , multique Orthodoxam Fidem amplexi , ut ſæpe factum vidimus , à Te Sacro lavacri fonte propriis manibus abluti fuerunt . *S*ed benignam abſit ſilentio involvere Munificentiam illam , quam in Sacrarum Ædium mirabili conſtructione , aut inſtauratione cum earumdem aſſiduis conſecrationibus , in celebri Ararum ornatu magnam ; in me tamen , ne ingrati animi vitium contraham , dùm imparibus licet meritis ad Venuſinam hanc Cathedram evexiſti , opuſculumque Virorum illuſtrium Marſorum Concivium à me jam dudùm

flo-

florente ætate prælo commiſſum approbare dignatus es, & quod obſequentiſsimi ergà Te vetuſti officii mei unquam in Apoſtolicæ Sedis gravibus curis, immemor fuiſti, maximam eſſe fatebor. Quis enim propitiam ſortitus eſt fortunam ad dulcia Tui accedendi colloquia, quin, ut mihi accidit, Tibi devinctus nudis, ut ita dicam, manibus à Te receſſerit. Verum ne diutiùs Tuas laudibus abhorrentes defatigem aures, neve ipſi *Phæbo* faces offerre videar, Te ſplendidiſsimum lumen ac grande ævi noſtri decus nobilium quarumvis diſciplinarum, & bonarum artium Fautorem munificum, totius Chriſtiani Orbis Moderatorem Sanctiſsimum, Pauperum, Eccleſiarumque Patronum beneficentiſsimum, Evangelii, & Apoſtolicæ Sedis Præſidium firmiſsimum, non ab Urbe tantùm, ſed ab Orbe approbari univerſo, prætermittam. Ultrà tamen penè innumera glorioſiſsima geſta, illud quidem Sacroſanctæ Eccleſiæ adeò perutile, ac Univerſo Catholico Orbi admi-

rabile, reticere datum non eſt; De acceptatione inquam nuperrimè veſtris aſſiduis laboribus, ſummaque cura, ac indefeſſo, & vere Apoſtolico zelo ſequuta in Metropolitana Pariſiorum Urbe, ac toto Galliarum Regno, notiſſimæ Bullæ Unigenitus per ſan. mem. Clementem XI. Prædeceſſorem publicatæ, & ad hæc uſque tempora acerrimè propugnatæ, quæ cum duram, perarduam, nec intentatam Provinciam Prædeceſſores Summi Pontifices ſemper habuerint, tantam gloriam non ſunt ſortiti, cum iſtud perenne monumentum tuo tantum immortali nomini fuerit uſque ab initio reſervatum. Nam in ore omnium eſt, Te lenitate Moyſem, Iuſtitia Davidem, pietate Ieremiam, prudentia Mardochæum, & Æliam zelo Domus Dei, mundo mirabiliter præſentare, quinimmo iiſdem virtutibus Religioſiſsimum pectus Tuum omni etiam tempore ad miraculum exarſiſſe, prorsùs reticeam. Dicam ſolùm *Magnorum* Leonis, & Gregorii *Pontificum* San-

Digitized by Google

Sanctè geſta; Tè quoque hominum Maximum, & geſtis Sanctiſſimum Sanguinem minimè reſpicientem, renovaſse, necnon Sancti Pii V. ejuſdem excelſi Ordinis Prædicatorum glorioſa monumenta, & exempla apprimè inſtauraſse, ſummaſque Curas nonniſi Viris utriuſque Iuriſprudentiæ Scientia, morum ſuavitate, & virtutum omnium cumulo undequaque probatiſſimis contuliſse, Prælatoſque nonniſi Egregios, & emeritos ad Purpuram promoviſse, Romanæque Curiæ decorem & gaudium reſtituiſse, cum ejus aſseclas dignè præcellere, virtutemque in propria Sede repoſitam, unàque cum Gloria copulatam cunctorum applauſu conſpexerit. Quis denique Stellas enumerare poſset? Ideòque Arpocrati linguam addico, demiſſaſque Tibi fundo preces, ut munuſculum hoc quodcumque ſit, ad obſequentiſſimi, & gratiſſimi animi teſſeram benignè, qua aſsoles Clementia, & humanitate, ſerenoque vultu excipias; & dùm pro me ſervo Tuo implo-

ploro tutamen; venerabundus; flexoque poplite, Sanctiſsimos Tuos humillime deoſculor Pedes.

Venuſiæ vigeſima die Aprilis M.DCCXXVIII.

BE-

Digitized by Google

BENEVOLIS LECTORIBUS.

ABſente Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Auctore in ejuſdem Diœceſi Reſidente, Neapolis in lucem prodiit hoc opus, quod etſi Viri undequaque probati, maximè verò P. Albertus à Cruce Sacræ Theologiæ Profeſſor ex Clericis Regularibus Scholarum piarum, Vir celebris ac doctiſſimus, necnon Excell. D. Franciſcus Villa Patrit. Pelignenſis J. V. D. & in eadem Civitate Advocatus Vir quoque planè eruditus, cæterique ex typis per legerent, varii tamen verborum, ut aſſolet Errores irrepſere, quibus doctrina ſuppleat legentium, vel opportuniùs eadem menda, in fine Operis emendata, nemo elegere gravetur.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLAM HANC PASTORALEM

In Prima Præſulatus Noſtri electione elapſo anno evulgatam ; hic ad futuram rei memoriam apponendam eſſe cenſuimus.

PETRUS ANTONIUS CORSIGNANI

Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Venuſinus

Dilectiſſimis Fratribus, & Filiis, Clero, & Populo Civitatis, & Diœceſis Venuſinæ ſalutem, & benedictionem ſempiternam.

CUm incompræhenſibil Dei Judicio, & ſingulari beneficio BENEDICTI XIII. P. O. M. ad veſtram Cathedram undique celeberrimam, tametſi meritis impares evecti fuimus, ſtatim trepidavimus, & requiem non habuit primis diebus caro noſtra: foris pugnæ, intùs timores. Propriæ namque infirmitatis omninò conſcii, onus Angelicis humeris formidandum, domus ſcilicet hujus Iſrael cuſtodiendæ, ita perſcrutati fuimus in Domino, ut lacrymas ſæpiùs continere non potuerimus. Intelleximus ſanè, Filii, & Fratres chariſſimi, grave pondus, quod ultra Sacrarum Paginarum præcepta, Conciliorum, & Patrum decreta, ſatis omnibus, ſuperque notiſſima experti ſumus apud Fulvium Cardinalem Aſtallium Sacri Collegii Decanum recolendæ memoriæ, in cujus ſollicitudinis olim partem vocati, Auditoris Sacrarum Viſitationum, & Conviſitoris munere in Diœceſibus Sabinen.; Oſtien. Veliternen. fungebamur. Experti ſumus & in Diœceſi Tyburtina, ubi Vicariatus Generalis, Examinatoris Synodalis,

lis,

lis, & Viſitatoris officia explevimus; Itemque in Urbe claræ memoriæ Joſephi Cardinalis Sacripantes Viri probatiſſimi gratique animi monumento inſerti, Auditoris honore ſuffulti, ubi Sacræ Univerſalis Inquiſitionis, Congregationum, aliorumque negotiis Nos etiam præeſſe contingit; Unde graviſſimis exemplis, & caſibus edocti, incredibile eſt, quantum mox à Nobis Paſtoralis hujuſmodi regiminis excogitatio abeſſet. Divino attamen nutu Speculatores iſtic conſtituti, non primùm alloqui charitatem veſtram licuit, quam modò FRATRES, ET FILII DILECTISSIMI qui benè intellexiſtis, quomodò CHRISTI VICARIUS, & Viceſgerens in Terris, fidelis in omnibus operibus ſuis, memor noſtri factus, Dei exemplo, qui infirma mundi eligit, ut fortia confundat, Nos quoque Venuſini gregis Paſtorem magno noſtro timore, ac tremore deſtinare non fuit dedignatus.

Quoniàm verò ſcriptum eſt, quod qui ſperat in Domino non confundetur, quià ille eſt Via, Veritas, & Vita cujus Jugum ſuave, & onus leve, triſtitia noſtra vertitur in gaudium. Divina etenim bonitate fieti ab ipſo ſperamus præſidium, quo plurimùm indigemus, ut noſtras partes, qua par eſt vigilantia, impleamus. Certi enim ſumus, neminem Divino auxilio deſtitui, qui humili fiducia, nihil, nec ex parte ſibi ex ſe arrogans, totum ex Dei munere debilium ſuarum virium optimè conſcius, ſibi pollicetur: Dominico ergò auxilio confiſi, Epiſcopale munus aggredimur, enixè exorantes, ut Deus qui nos miſericorditer dignatus eſt ad Apoſtolicum miniſterium vocare, ea gratioſe largiatur, quæ ad inculpatè, & rectè regendam Eccleſiam hanc ſuam, neceſſaria cognoverit. Speramus venire ad vos, exoptantes omnes amplecti in oſculo Domini, ac Vobis præeſſe, non turpis lucri gratia, neque ut dominantes in Vobis, ſed forma facti Gregis ex animo humili in juſtitia, manſuetudine, in charitate de corde puro, in conſcientia bona, & fide non ficta. Ut

*** autem

autem vota noſtra hac in re faciliùs conſequamur, Vos omnes etiam, atque etiam hortamur, ut in partem ſollicitudinis noſtræ venire non recuſetis; atque ut propitium nobis Deum faciamus, unanimes, uno ore fateamur primum coram Domino delicta noſtra, eademque emendare, & quod infirmum eſt, conſolidare curemus; ut novo deſuper donati ſpiritu, nova corda, novumque hominem induentes cernere poſſimus reflorentem Juſtitiam, Pacem, & Religionem, atque in Templis Dei, quùm vivis, tum manufactis cultum, nitorem, ac incontaminatam morum integritatem. Quà in re, nec Nobis in egregiis illuſtrium tot Prædeceſſorum noſtrorum factis, nec Vobis in Concivium præſtantiſſimorum doctrina & factis, deſunt præclara incitamenta virtutum. His itàque exemplis provocati Venerabiles Fratres, Filii Chariſſimi, præcemur Patrem luminum, & Deum miſericordiarum, ut clarificet in omnibus ſenſus, & corda noſtra: Oremus BEATISSIMAM VIRGINEM MARIAM (cujus Annunciationis ſolemni recurrente die conſecrationis munere decorati ſumus) ut cùm gloria ſit Jeruſalem, lætitia Iſrael, honorificentia Populi Chriſtiani, præſidium ſuum nobis impertiatur, maxime hiſce diebus *ſalutis, & Redemptionis Noſtræ*. Adſint, & nobis *Cœleſtes Spiritus, necnon B. Andreas Apoſtolus Eccleſiæ hujus Noſtræ Venuſinæ Patronus*, ut ſicut ille extitit fidei Prædicator, & Rector, ità pro Nobis & pro hàc Eccleſià ſuà ſit apud Deum Interceſſor Valete. Datum extra portam Flaminiam hac die 5. Aprilis 1727.

Romæ ex Typographia Petri Ferri propè Magnam Curiam Innocentianam M.D.CC.XXVII.
Superiorum Permiſſu.

ORA-

ORATIO SYNODALIS

Habitâ die Dominica in Albis IV. Aprilis
M.D.CC.XXVIII.in aperitione
Sacri Conſeſſus

Ab Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo

D.PETRO ANTONIO CORSIGNANI

Epiſcopo Venuſino.

QUi è ſummo Cœlo egreſſus exultavit tamquam Gigas (1) ad currendam viam, ut errantes oves in rectas juſtitiæ ſemitas verbo, & exemplo, humeriſque ſuis reduceret, ſatis docuit quantùm induſtriæ, ac vigilantiæ impendere debeamus Nos, quos in ejuſdem miniſterii ſortem vocavit, ut ad commiſſi Gregis vigilias fideliter excubemus. Quocircà exacto anno FRATRES DILECTISSIMI uſque ab dignitatis Noſtræ primordiis Paſtorali jam exarata Epiſtola, planè intellexiſtis Noſtræ ſollicitudinis Officium, à quo deflectere ullo quovis timore, aut tempore non decebi. Hac ſollicitudine moti intimo cordis affectu, & non in ſublimitate ſermonis (2) ad vos in præſens alloquimur, ea verò, quæ ad vos ex paterno corde eructamus, & nobiſcum ſemper loqui judicate; neque enim ea, ad quæ nunc ſermone progredimur, auribus veſtris ut ſervanda committeremus, niſi prius ipſi toto animi noſtri conatu, ſervare deſtinaſſemus. An neſcitis & mihi, & vobis parile Dominicæ ultionis periculum imminere ſi iis, quæ Summi Paſtoris juſſu à me patefacienda ſunt, verbum aliquod in tempo-

*** 2 re

(1) *pſalm.* 181.
(2) 1. *cor. cap.* 2. *v.* 1.

re (1) ſalutis retineam, vel è converſò, ea quæ veſtra interſunt, non adimpleveritis.

Quam ob rem vocato cœtu (2), & coadunatis ſenibus coram Domino, qui Sanctè congregatis in nomine ſuo ſeſe medium (3) aſſidere promiſit, quæ piè explere oporteat, modò accipietis. Nam Damaſo teſte (4), Sacra hæc comitia antidota adversùs venena mortifera ſunt, & ex illis Religionis decus, Eccleſiaſticæ diſciplinæ progreſsum, vitæ emendationem, ac pœnitentiam, quæ delictum abolet, & ſapientiam, quæ illud cavet (5) haurimus; unde dubitandum non eſt, quin ſanas doctrinas, Sanctaſque leges mox publicandas, Vos Sacerdotes Dei, & genus electum, veſtra doctrina, & bonitatis exemplo probaturi non ſitis. Exoptamus itaque omnium virtutum cultu Vos omnes ornatos eſse, ſed impenſiùs ſapientia ac probitate, tanquàm duobus præſtantiſſimis Veſtræ dignitatis decoribus, quæ omnium ad ſe oculos, animoſque convertant, & glorificent Patrem noſtrum, qui in Cœlis eſt: Probitas enim & ſapientia ſunt luminaria magna in Eccleſiæ firmamento; quorum (6) unum præeſse nocti debet ad ignorantiæ tenebras illuminandas, alterumque diei, hoc eſt ad omnem pulchritudinis ſpeciem Terris vitiorum cœno fœdatis undequaque inferendam. Ehù ſcimus cum Apoſtolo (7), quod his diebus inſtant tempora periculoſa: ſunt homines ſe ipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, aliiſque criminibus maculati, quibus uſque ad lacrymas noſtras humana natura redundat; quæ etſi Clericali militiæ Dei munere nomen dederit,

(1) *Ecc. c* 4. 28. (2) *Joel. c.*2: *v.*15.
(3) *Matth.* 18. (4) *apud Theodoret, lib.*2. *c.*22.
(5) *apud Ambroſ. lib.*7. *in Luc.cap.*11.
(6) *ut ex Gen.*1. (7) 2. *ad Tim. c.*3.

rit, à vitiis tamen adhuc non temperavit, & ſeculi illecebras vix ſemel repudiaſse viſa eſt, quod à pravis moribus irretita, ad eas jucunde, quidem ipſa nos vero amare hunc reditum deploramus. Nos igitur ex hoc loco juxtà Auguſtinum, charitatem correctioni jungendo, cum Devotiſſimo etiam Paulo increpare, obſecrare debemus in omni patientia, & doctrina; in omni charitate, & amore, hominesque intervivos quæritare Divinæ gratiæ, ac virtutibus mortuos, ne in peccatis pereant. Vos autem qui Venuſinas Conſtitutiones centum viginti ferè ab hinc annis evulgatas, diuturno malignoque, ævi decurſu nedum parvipenſas, verum & in deſuetudinem abiiſſe, & veluti gladium, quem longiturna rubigo exederat, non eſſe è vagina educendam putatis novam Synodalem hanc Congregationem ſolemniter in elapſo dudum die Epiphaniæ, & aliis temporibus indictam, mox aggredi nobiſcum, illamque ut ſpeculum antè oculos recipere, & ad illud vitam, moreſque veſtros conformare, ac expolire debetis. Sanctam igitur legem Pontificum, Canonum, Conciliorum, & Patrum decretis cbvallatam, jugiter in cordibus veſtris ligare neceſſum eſt, ac circumdare (1) gutturi veſtro: Cùm ambulaveritis, hæc gradiatur vobiſcum, cùm dormieritis cuſtodiet vos, & vigilantes loquimini cum ea. Erigamus proindè animos, & corda noſtra ad Divinum Paracletum in quem deſiderant Angeli proſpicere (2), ut veniat in nos (3) Spiritus ſapientiæ, & intellectus, Spiritus conſilii, & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ, & pietatis, eidemque in (4) omnibus conformemur. Vos præſertim gaudium, & corona Domini, qui de ore veſtro legem requiret (5), & alia ſecundum Evan-

(1) *Prov.6.* (2) *D.Petr.* 1. *ep. c.*1.
(3) *Iſai.c.*11.2.
(4) *Ioa.*8. *& ad* Rom. 11.
(5) *Malach.*2.

Evangelium, quod vos credimus reminiſci; nàm non omnia (1) commemoranda ſunt tanquàm rudibus, & imperitis. Verumtamèn illud non prætermittendum ſententia eſt, diù, noctuque memoria eſſe percolendum; nos omnes nomen novum habuiſſe, & os Domini (2) appellari, unde cum ſimus corona gloriæ in manu ejus, & diadema Regni Dei Noſtri, charitas, fides, & ſpes ſuper alios eminere debent in Nobis: necnon miniſtrantes nos Eccleſiæ militanti, quæ Regnum Cœlorum dicitur, ob Chriſtum illius Caput, & Regem, nonniſi Cœleſtia cogitare oportet; nam nihil coinquinatum intrat (3) in Civitatem Jeruſalem. Regale etiam Sacerdotium vocat nos Apoſtolorum Princeps (4), & Sanctus Auguſtinus (5) ità inquit: non caret Regia Poteſtate, qui corpori ſuo noverit rationabiliter imperare. Verè enim dominator eſt Terræ, qui carnem ſuam regit legibus diſciplinæ; ideòque olim Capitibus noſtris corona imponebatur ab Epiſcopo benedicta, tanquàm Reges ad Dei familiam, regiamque dignitatem evecti (6): propterea quoque inunguntur Antiſtites ac Sacerdotes, quemadmodum & Reges. Nobis è contrario dicit Dominus, *ubi eſt promiſſio? num quid non dixi vobis nolite peccare (7) in Chriſtum. & non audiſtis me? vivo ego in æternum (8), reddam ultionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam.* Quæ verba, FRATRES CHARISSIMI eò potiſſimum videntur collimare; quod ad pœnitentiam, & ad noſtri ſtatus, conditionisque decus convertere debeamus, eodemque ſenſu Pſalmiſta inquit (9): *dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiant à facie arcus.* Venator leporem jaculo

(1) *S. Aug. tract. 17. in Joa. poſt init.* (2) *Iſ. c. 62.*
(3) *Apoc. 21.* (4) *S. Petr. Ep. 1. c. 2.*
(5) *in ſent. ſent. 242.* (6) *Sev. Alex. libr. de baptiſm.*
(7) *Gen. 42.* (8) *Deut. 32.* (9) *pſ. 59.*

lo petens, nullum excitat ſtrepitum, nec ei minatur, ſed quem maximè poteſt ſubdolè agit, ut incautum feriat. Non ità miſerator, & miſericors Dominos (1), qui non vult mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur, & vivat; idcircò crebrò minatur per indicia præcedentia, antequam condemnet. Eſtote ergò pœnitentes, & deinceps ſine maculis, ut Eccleſiæ Soles, qui non luce tantum ſed etiam operoſo calore plumbeos hominum animos in aurum excoquunt pietatis: eſtote roſcidæ Nubes, unde non ſolum fluvant tanquàm rores eloquia ſapientiæ, ſed & amabili decore (2) ſplendeant virtutum, morumque Irides. Simus montes illi, quibus benedixit Dominus, ita ut non modò ingenii ſublimitate Nos altiùs attolamus, ſed & bonorum operum fæcunditate, honoris, ac Sanctitatis fructus proferamus. Ut etiam imitemur, neceſſe eſt Moyſem (3), qui non niſi fronte radiis micante legem Populo ſuadere aggrediebatur, necnon Judith Bethuliam (4), quæ Holofernem vicit, non ſolum verborum illiciis, ſed & ſplendido veſtium ornatu feliciſſimè pugnans.

Sequamur & Beatum Andream Apoſtolum hujus Cathedralis, & Civitatis Patronum, qui Omnipotenti Deo uni, & vero immolavit quotidiè, non taurorum carnes (5), nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatum Agnum in altari; ejuſque fidem amplectamur, patientiam, & conſtantiam in ſuum, noſtrumque Magiſtrum, quem etiam cruce, & morte imitari voluit: quemadmodum & nos in tribulationibus facere oportet, quum illius exemplo multa pati à Principibus tenebrarum debeamus. Sanctus idem Apoſtolus niger fuit colore, barba prolixa (6), ſtaturæ me-

(1) *Pſ.* 144. (2) *Eccleſ.* 39.
(3) *Exod.* 34.
(4) *Judith.* 9.
(5) *in feſt. ejuſd. lect.* 4.
(6) *Duran. de Divin. Offic: lib.* 7. *c.* 38.

mediocris: quod ideò dicitùr ut ſciant pictores qualis eadem in Eccleſia dipigni debeat. Imitemur denique & ipſum Dominum è Regio Majeſtatis Throno ad Nos miſſum, qui adducturus homines in novitatem vitæ, non minus cœpit virtutibus facere contra Mundi poteſtates, quàm docere ſermonibus, & opere: Sanè dilectiſſimi, vitiorum monſtra inde ſibi metuunt fulmina, ubi Sanctitatis fulgores coruſcare vident, nam non vocavit Nos Deus in immunditiam, ut ait Apoſtolus, ſed in Santificationem in Chriſto Ieſu Domino Noſtro. Agite jam quotquot hic adeſtis Sacra Eccleſiæ Noſtræ Capita, & diligenter perpendite, qualis Sanctitas deceat veſtri nominis Majeſtatem. Eccleſiaſticum quippe Cœlum nebuloſa non patitur ſydera, nec maculatum Phebum admittit. Sacramentorum aquæ ſalutares ſæpè in hiſce Conſtitutionibus laudatæ,& quibus multitudo (1) languentium à criminum morbis convaleſcit, non debent niſi ab hominibus, veluti Angelis agitaſi. Eſtis in Terris Divini Solis Vicarii, enitendum ergò Vobis eſt, ne aliqua caligo, jubar veſtrum confundat. Commiſſa Vobis eſt Arca Dei tanquàm veris Iſraelitis; cavete igitur, ne apud Philiſthæos captiva, næfando alicujus Dagonis (2) conſortio, vel contubernio violetur. Eſtis Supremi Sacerdotes Glandii, quibus hominum corda Deo litanda ſunt, ut Animos facilius vulneretis, deterſa vitiorum rubigine oculos prius feriatis luce virtutis. Ut ergò ad prædicta unicè collimemus, Noſtra ſint omnium vota, mala cuncta vitare, ſalubria quæque complecti, memores cum Auguſtino (3): Neminem ſe continere, undè turpatur, niſi diligat, undè honeſtetur.

Quocirca AMANTISSIMI FRATRES quæcumque ſunt

(1) *Joan.* 5.
(2) 1. *Reg.* 5.
(3) *tract.* 87. *in Jo.*

ſunt (1) vera; quæcumque pudica, juſta, ſancta, amabilia, quæcumque bonæ famæ, ſi quà virtus, ſi quà laus diſciplinæ, hæc cogitate, hæc ſectamini (2), hæc quaſi modò geniti ſine dolo concupiſcite; Edendaſque Conſtitutiones ità probate, ut non tantum fiant labiis ſonantibus, verum & operibus pronunciantibus. Uni demùm ſaluti animarum addicti, non aliud pariter ſatagamus (3) quàm per bona opera noſtra certam vocationem, & electionem faciamus; ad quam tendimus, ad quam gemitibus ſuſpiramus, ut cum Grege Nobis credito ad æternam gloriam præliis omnibus ſuperatis per merita Ieſu Chriſti Domini Noſtri, ac Beatiſſimæ Virginis omniumque Sanctorum, aſcendere valeamus.

ACTA

Primæ Diœceſanæ Synodi ab Illuſtriſs., & Reverendiſs. Domino

D. PETRO ANTONIO

CORSIGNANI.

Epiſcopo Venuſino celebratæ.

Quæ Synodum præceſſerunt.

ILluſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Corſignani Epiſcopale onus, vel Angelicis humeris formidandùm, & Venuſinam Eccleſiam, ut gubernandam ſuſce-

**** pit

(1) *ad Philip.* 4.
(2) *S. Petr. epiſt.* 1. *c.* 2. *v.* 2.
(3) *S. Petr.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 10.

Digitized by Google

pit memor illius, quod ſalubritèr ab Apoſtolo prædicatur (1) *Exhortamur autèm adjuvantes, ne in vacuam gratiam Dei recipiatis*, mox Eccleſiam ſibi commiſſam adiit, univerſamque Diœceſim Paſtoralis Viſitationis munere perluſtravit. Quoniam verò non ſine magno animi ſui dolore quamplures abuſus in Gregem ſibi creditum comperit irrepſiſſe, ideò, ut illos evelleret, & ſponſam ſuam uni viro Chriſto Virginem caſtam exhiberet (quantum divino fretus auxilio & prò viribus ſuis poſſet), eo animum intendit, ut opportunè, & coalitis malis Canonici Iuris peritiâ occurreret, & quidquid bonæ diſciplinæ reperiſſet, probabilibus documentis firmaret. Animadvertens autem Univerſa pecoris ſui contagia ex eo altè, latèque ſerpſiſſe, quod Venuſina Eccleſia per duodecim annorum decades ſalutarium Synodorum medicamine caruerat; Idcircò reputans, tenenſque altâ mente repoſtum ſui muneris eſſe, ne illa longius ſerperent, providere, ut præſentibus malis remedium apponeret præſentiſſimum, quantocitiùs poſſet primam Diœceſanam Synodum celebrare decrevit. Pluribus itàque, prò ut neceſſitas requirebat, conſtitutionibus editis (2), *quamquam ſciret penès ſolum Epiſcopum poteſtatem eſſe legislativam ſtatuendi, & ad ſequendum Capituli Conſilium non teneri, ſciret etiam huic propoſitioni, & ſententiæ hodiè non eſſe qui reſiſtat.*

Nihilominùs ut maturius in re tanti momenti procederet, & querelas Oppidanorum licèt inanes, & vacuas præcluderet operæ pretium duxit, ſequi diſpoſitionem textus in *cap. ultimo de his quæ fiunt à Prælatis, & Fagn. in cap. Grave, num. 11., & 15. ds probat.* die igitur decima ſeptima menſis Martii 1728., convocato coram ſe apud

(1) *ad corint. 2. c.6.*

(2) *Barboſ. ſup. conc. ſeſſ.24. c.2. num.29. Sac.Congreg. Conc. in Hiſpal. Synodi 26. num. 1589. Monacell. Form. legal.Can. tom.1. tit.5. form.3. in adnot. num. 9.*

pud Sedes ſuas Epiſcopales Cathedrali Capitulo illas Conſtitutiones edendas, & publicandas per Epiſcopalis Curiæ Cancellarium Canonicum D. Joſeph Liſanti clarà, & intelligibili voce lectas voluit.

Lectione tandèm expleta idem Illuſtriſs. & Reverendiſs. Dominus Epiſcopus idipſum Capitulum ſuper eas de conſilio requiſivit; Adhibitis inſuper ſuper hàc re quampluribus viris pietate, & doctrina, inſignibus Theologis, & U. J. D.; atque peritis, habitiſque per eos, & Capitulum coram ſe Illuſtriſſimo Domino nonnullis Congregationibus, hi omnes & cuncta penè alia Capitula Conſtitutiones approbarunt, approbatas verò edendas, & publicandas eſſe annuerunt.

Sed quoniam hanc Synodum in Feſto Dominicæ in Albis quartà Aprilis 1728. celebrare conſtituerat, ut nemini ad quem pertineret, hæc animi ſui conſtitutio foret abſcondita, die vigeſima prima Martii Dominica Palmarum; ſervatis omnibus, quæ de more ſervanda ſunt è Suggeſto dicto die Synodum celebrandam notificari effecit apud Ædem Sacram Cathedralem; Notitiam verò, ac intimationem per edicta in locis ſolitis affigi, & promulgari juſſit. Et ne à quòquam horum ignorantia prætendi poſſet, ſingulos, etiam, que ad Synodum convenire deberent, per Vicarios Foraneos, ut adeſſent, intimavit; & quia etiàm hujuſmodi celebratio hic erat à ſeculo, & ultra inaudita, & inuſitata, ideò quò expeditiori, & meliori modo poſſet celebrari, tabellam etiam de modo accedendi, & vivendi in Synodo illamque celebrandi inſtructivam publicari, curavit; Necnon de precibus Deo, Beatiſſimæ Virgini Mariæ, SS. Apoſtolo Andreæ, & cæteris Urbis Venuſinæ Tutelaribus, atquè Patronis, & præſertim Spiritui-Sancto fundendis, ac implorandum eorum auxilium & illuminatricem Aſſiſtentiam. Qua Synodo ad honorem, & gloriam nominis eorum, & hujus Diœceſis utilitatem inchoandæ proſperos, & ſalutares eventus tribuerent;

Quæ omnia, ut è voto ſuccederent ad majorem Vitæ probitatem, Sacramentorum frequentiam, Jejunia etiam, & Elemoſinas, & Clerum, & cæteras animas ſibi commiſſas paternè fuit exhortatus.

EDICTUM AUTEM FUIT HUIUSMODI

PETRVS ANTONIVS CORSIGNANI

Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Gratia Epiſcopus Venuſinus.

CUm prò noſtri Epiſcopalis officii munere, & antiquorum, ac in Sacri Concilii Tridentini editorum Canonum obſervatione ad moderandos mores, corrigendos exceſſus, controverſias componendas, aliaque à Sacris Canonibus permiſſa Diœceſanam Synodum habere debeamus; Omnibus igitur cujuſcumqne gradus, dignitatibus, & Canonicis, Sacerdotibus, Cappellanis, Diaconis, Subdiaconis, Clericis, aliiſque omnibus, qui Canonum jure, vel Eccleſiaſticis Sanctionibus, vel Tridentini Concilii decreto, aut conſuetudine, aliique ratione Synodo prædictæ interreſse debent, nota ſit hujuſmodi celebratio, & ne aliqua ignorantia excuſari poſſint, univerſos, & ſingulos prædictos per hoc noſtrum Edictum, quod ad loca ſolita affigi, & promulgari juſſimus; Monèmus in Domino, eiſdemque in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub pœnis Sacrorum Canonum à jure conſtitutis, aliiſque arbitrio noſtro, omninò jubemus, ut præfinita die quarta Aprilis, quæ erit Dominica in Albis ſummo manè ad Synodum prædictam, quam in noſtra Cathedrali Eccleſia celebrabimus ſuperpelliceis mundis, & aliis requiſitis conveniant; Indeque ſub dictis pœnis cuiquam diſcedere non liceat, niſi impetrata à Nobis facultate, ut opre Dei, atque auxilio ea pertractemus, ac promulgemus, quæ ad

ani-

animarum ſalutem, Clerique diſciplinam, & Divini cultus incrementum, totiuſque Diœceſis reformationem pro temporum ratione pertinere, ac ſpectare cenſebimus. In quo um &c. datum Venuſii ex noſtro Epiſcopio hac die 21. menſis Martii 1728.

Petrus Antonius Epiſcopus Venuſinus.

D. Joſeph Canonicus li Santi Cancell.

Edictum de modo vivendi in Synodo.

QVia vitam alienam corrigere non valemus, qui noſtram negligimus, cumque nullum majus præjudicium, quàm à Sacerdotibus tolleret Deus, quandò eos, quos ad aliorum correctionem poſuit dare de ſe exempla pravitatis cernit; & quandò ipſi peccamus, qui peccata compeſcere debemus; cumque initium ſapientiæ timor ſit Domini, ante omnia ipſius implorandum eſt auxilium, ut ipſi Synodo ad honorem, & gloriam nominis ſui, & hujus Diœceſis utilitatem pro abuſibus corrigendis, & moribus reformandis in ejus nomine inchoatæ, proſperos, & fælices ſucceſſus tribuat. Ea propter hortamur omnes, qui in hanc Civitatem conveniunt, ut hujus rei gratiâ ad Dominum preces effundant, à peccatis abſtineant, ac confiteantur. Sacerdotes omnes Miſſæ faciant; Clerici verò Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumere non omittant, jejunent, ac bonis operibus intendant, aliiſque in Tabella præfixis obſervent.

APERITIO SYNODI

Prima Seſſio Synodalis.

DIe igitur quarta Aprilis, quæ incidit in ſupradictam Dominicam in Albis, cum ſummo mane apud Ædes Epiſcopales conveniſſet Clerus tam Vrbanus, quàm Diœceſanus, inſuper Regulares, ac Confratres, Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino E-

pi-

piſcopalibus inſignibus induto, inde ad Cathedralem Eccleſiam hab ta fuit proceſſio, factiſque omnibus, quæ de more facienda ſunt, tum in valvis, cum intra dictam Eccleſiam, præſertim facta adoratione Euchariſtiæ, & celebrata miſſa de Spiritu-Sancto, iterum omnibus in ordine recollectis proceſſionaliter, & canendo ſequentes hymnos, ac Pſalmos nempè.

Veni Creator Spiritus
Ad Regias Agni Dapes,
Ad te Domine levavi animam meam.
Ad te Domine clamabo Deus meus ne ſileas à me.
Miſerere mei Deus. miſerere mei
Deus ſtetit in Synagoga Deorum,
Memento Domine David,
Exultate juſti in Domino,
Exurgat Deus,
Ecce quam bonum,
Fundamenta ejus in montibus Sanctis &c.

Ad deſtinatum locum, in quo Synodus celebranda erat ventum eſt, cumque omnes juxta ordinem ſediſſent, peractiſquè cæteris, quæ ſecundum ceremoniale erant peragenda, fuit lectum ſequens præliminare.

DECRETUM.

De non inferendo alicui præjudicio.

SI contingerit aliquem, qui Noſtræ Synodo convenerit, aut non ſuo loco ſediſſe, vel alienum occupaſſe, aut aliquid aliud egiſſe; propterea à nemine jus ullum acquiri, vel acquiſitum eſſe; aut omninò cuiquam quidquam, Juris detrahi, vel addi, ſed omnia in ipſo ſtatu, quo ante convocatam, habitamque Synodum erant permanere

to-

totaliter Sancimus, atque decernimus.

De Officialibus vero Synodi, deque ejus Examinatoribus, Judicibus, & teſtibus in calce Synodi catalogus, ac decretum apponitur.

Poſt hæc habita fuit.

Inſtantia Generalis Promotoris
De Fidei Profeſſione,
De Contumacia contra abſentes.
De Clero vocando.
De decretorum lectione, &
Pro Rogitu Actorum.

Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Pater, & Domine. Ex Sacro Tridentino Concilii decreto ſancitum eſt, ut omnes qui Eccleſiaſtica beneficia ſunt conſecuti, & qui Diœceſanæ Synodo intereſſe debent, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, fidei profeſſionem emictant, ac faciant; Ideo egò U. J. D. Nicolaus Archipresbyter Ranerius hujus Synodi Promotor humiliter peto, & requiro Decretum illud legi, & ad præſcriptum, ab iis, qui tenentur, omnia, & ſingula præſtari.

Cumque jam venerit menſis, & dies, qua omnes, & ſinguli Eccleſiaſtici Ordinis homines hujus Civitatis, ac Diœceſis ad præſcriptum legitimè moniti huic Synodo jam præſentes eſſe debent, cumque etiam multi non parverint, ſed uſque adeò, vel negligentes, vel contumaces fuerint, ut neque præſentes adſint, neque verò juſti impedimenti excuſationem, cauſam, aut nuncium miſerint: Ideò pro muneris mei officio eorum contumaciam accuſo apud Illuſtriſſimam Amplitudinem tuam, ut citationem Valuis hujus Cathedralis Eccleſiæ affigi, & cum iiſdem tamquam inobedientibus agi jubeat, prout Juris eſt, & Sacrorum Canonum ratio expoſtulat.

In-

Inſuper cum à Conciliis Generalibus ſtatutum ſit, ut omnes Eccleſiaſtici, qui Jure, vel Conſuetudine Diœceſanæ Synodo intereſſe debent interſint, alioquin in pœnas à Sacris Canonibus Sancitas incurſos declarari; Idcircò eos omnes è Suggeſto publicè vocari umiliter peto, & obſecro.

Et ut Synodi hujus totalis finis conſiſtens in morum correctione, & Eccleſiaſticarum rerum inſtauratione adimpleatur; Ideo humiliter peto, & inſto legi, & publicari decreta ſpecialia; & Diœceſana quæcumque pro tua charitate, & prudentia conſtituta, quorum virtute Clerus tuus inſtructior in dies fiat, ac ad Eccleſiaſticæ Diſciplinæ obſervantiam promptiſſimus ſit, atque paratus.

Decreta, quæ legi debent ſunt videlicet:

De Fide Catholica, ejuſque profeſſione.
De Blaſphemis, Hereticis, Sortilegis, Divinatoribus, & libris prohibitis.
De Rudimentis Doctrinæ Chriſtianæ tradendis.
De Verbi Dei prædicatione.
De Feſtorum dierum obſervatione.
De Reliquiis Sanctorum.
De Sacris Imaginibus.
De Iejuniis, & Indulgentiis.
De Proceſſionibus.
De Sacramentis in Genere.
De Sacramento Baptiſmi.
De Sacramento Confirmationis.
De Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento.
De Sacrificio Miſſæ.

Illuſtriſſimus, & Reverendiſsimus Epiſcopus reſpondet. *Ita decernimus, & declaramus.*

Ego U. I. D. Nicolaus Archipresbyter Ranerius hujus

Digitized by Google

jus Synodi Promotor rogo vos Synodi præfatæ Notarios, ut de omnibus, & ſingulis in hac ſeſsione peractis, unum plurave conficiatis Inſtrumenta.

Notarii reſpondent, *Conficiamus*.

Catalogus vocandorum Civitatis Venuſii Dignitates, & Canonici.

Per Illuſtris, & Admodum Reverend. J. U. D. D. Januarius Pironti Archidiaconus.

Per Illuſtris, & Admodum Reverend. U. J. D. D. Nicolaus Ranerius Archipresbyter.

Per Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Franciſcus Coſtanza Cantor.

Per Illuſtris, & Admodum Reverend. U. J. D. D. Franciſcus Sprioli Primicerius.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Vitus Salvante Canonicus Decanus.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Angelus Antonius d'Aleſandro Canonicus.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Dominicus Spiſtacchia Canonicus.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Hyacintus Vitamore Canonicus V.P.S.Blaſii.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Dominicus Vitamore Canonicus.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Angelus Antonius Spada Canonicus.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Joſeph Sozzi Canonicus.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Nicolaus Altruda Canonicus.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Carolus Coſtanza Canonicus.

***** Illu-

Illuſtris, & Admodum Reverend. D.Franciſcus Bionica Canonicus.

Illuſtris, & Admodum Reverend. U. J. D. D. Franciſcus Leopardi Canonicus Theologus.

Illuſtris, & Admodum Revenend. D. Urſinus Pallotta Canonicus.

Illuſtris,& Admod. Rev.D.Julius Jacenna Canonicus.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Joſeph li Santi Canonicus.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Michael Angelus Pironti Canonicus.

Illuſtris, & Admod.Rev.D.Joannes Joria Canonicus.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Carolus Chirico Canonicus.

Illuſtris, & Admodum Reverend. U. J. D. D.Joſeph Altruda Canonicus, V.P.S.Martini.

Illuſtris, & Admodum Reverend. D. Franciſcus la Polla Canonicus.

Manſionarii, ſive Cappellani ſimplices.

Rev. D.Chriſoſtomus Anniballo.
Rev. D.Joſeph Ciancio.
Rev. D. Nicolaus de Staſio.
Rev D. Laurentius Pallotta.
Rev. D. Blaſius Tamburrelli.
Rev. D. Laurentius dell'Arſo.
Rev. D. Nicolaus d'Aleſandro.
Rev. D. Petrus Antonius la Polla.
Rev. D. Carolus Maſtro Rienzo.
Rev. D. Dominicus Antinora.
Rev. D. Dominicus Zifarone.
Rev. D. Attanaſius Ciancio.
Rev. D. Joannes Baptiſta d'Aleſandro.
Rev. D. Franciſcus li Fruſci Parochus S.Coſmatis.

Rev.

Rev. D. Simeon Petrino.
Rev. D. Lucianus Gammone.
Rev. D. Maurus Mandelli.
Rev. D. Franciſcus Rapolla.
Rev. D. Andreas Spiſtacchio.
Rev. D. Vitus Nicolaus Valvano.
Rev. D. Dominicus Salerno.
Rev. D. Hieronymus Lauridia Doctor Phiſicus.
Rev. D. Januarius Ciancio.

DIACONI

Diaconus Nicolaus Fierro.

SUBDIACONI.

Subdiaconus Dominicus Antonius Chirico.
Subdiaconus Dominicus Ghiura.
Subdiaconus Franciſcus Joria.
Subdiaconus Nicolaus Bilanzone.
Subdiaconus Vitus de Ninno.
Subdiaconus Thomas Spiſtacchio.
Subdiaconus Michael Angelus la Polla.

CLERICI.

Clericus Nicolaus Vitagliano D. Phyſicus
Clericus Jerardus Vendemia
Clericus Gregorius Salerno
Clericus Juſtinus Rapolla
Clericus Venantius Rapolla
Clericus Maurus de Ninno
Clericus Auguſtinus Vitamore
Clericus Nicolaus Chirico.
Clericus Joannes Baptiſta Lauridia
Clericus Dominicus de Nitto

Clericus Joannes Maria Lauridia
Clericus Joannes Angelus Altruda
Clericus Laurentius Marangelli
Clericus Joſeph Coſtanzo.

Extra Gremium Capituli.

Rev. D. Donatus Antonius Ranerius Parochus Sancti Marci.
Rev. D. Carolus Caputo J. U. D. V. Parochus S. Petri.
Rev. D, Flaminius Zelonc
Rev. D. Vitus Altruda
Rev. D. Antonius Bionica
Rev. D. Dominicus Tangredi
Rev. D. Alexander de Caro.

D I A C O N I

Diaconus Nicolaus Tangreda.
Diaconus Carolus Evangeliſta.

C L E R I C I.

Clericus Ferdinandus Maffeo.
Clericus Michael Angelus Caranfa
Clericus Joſeph Antonius Caranfa
Clericus Michael Angelus Ciancio
Clericus Joſeph Grillo
Clericus Fęlix de Ghiura
Clericus Franciſcus Antinora
Clericus Januarius la Ghezza.
Clericus Atthanaſius Murante
Clericus Carmen Palmieri.

Ex

Ex Terra Forentiæ.

Admodum Rev. D. Franciſcus Magnelli Archipreſbyter Curatus Matricis Eccleſiæ Sancti Nicolai.

Admodum Rev. D.Horontius Giugni Cantor, & Abbas S.Dominici, & S.Mariæ Stellarum.

Admodum Rev.D.Vitus Schiavo Rector Sanctæ Mariæ Longobardorum.

Rev.D.Jacobus Quinante Beneficiatus S.Catharinæ.

Rev. D. Joannes Pozzarelli.

Rev. D. Franciſcus Antonius Quinante Vicecuratus Matricis Eccleſiæ Sancti Nicolai.

Rev. D. Ioſeph Cianci.

Rev. D. Thomas Canfora Beneficiatus S. Mariæ Gratiarum.

Rev. D. Franciſcus Iaſius.

Rev. D. Dominicus Francione Beneficiatus S.Iacobi.

Rev. D. Franciſcus Albano.

Rev. D. Vitus Antonius Schiavo.

Rev. D. Juſtinianus Pacifico.

Rev. D. Proſperus la Monaca.

Rev. D. Antonius Tarantina.

Rev. D. Marcus Rendina.

Rev. D. Vitus Savoja.

Rev. D. Nicolaus Rendina Doctor Phyſicus.

Rev. D. Nicolaus Briola.

Rev. D. Ambroſius Quinante.

Rev. D. Ferdinandus Pinto.

Rev. D. Andreas Palumbo.

Rev. D. Nicolaus la Monica.

Rev. D. Nicolaus Jaſius.

Rev. D. Nicolaus Veltrj Vicarius Foraneus.

Rev. D. Canion Pepe.

Rev. D. Nicolaus Cancellara.

DIA:

D I A C O N I

Diaconus Joſeph Quinante.
Diaconus Ioannes Baptiſta Santoliquido.

S U B D I A C O N I

Subdiaconus Michael Angelus Maſaniello.
Subdiaconus Nicolaus Mondoja.

C L E R I C I

Clericus Canion Laurenzana.
Clericus Canion la Monica.
Clericus Dominicus Ruccillo.
Clericus Thomas Rendina.
Clericus Canion Santoliquido.
Clericus Vitus Maretta.
Clericus Franciſcus Maria la Monica.
Clericus Franciſcus Veltri.
Clericus Jerardus Veltri.
Clericus Dominicus Giannattaſio.
Clericus Michael Angelus Giannattaſio.
Clericus Joſeph Garzillo.
Clericus Joſeph Abrutius.
Clericus Joſeph Vitus Rendina.
Clericus Jerardus Savoja.
Clericus Michael Angelus Cancellara.
Clericus Canion Maſtro Pietro.
Clericus Joſeph Nicolaus Cancellara.
Clericus Franciſcus Canfora.
Clericus Franciſcus Antonius Garziello.
Clericus Franciſcus Scarpiello.
Clericus Hieronymus Quinante.

CLE-

Digitized by Google

CLERICI CONIUGATI.

Clericus Dominicus Mazzola.
Clericus Atthanaſius Santoliquido.

Ex Terra Spinazziolæ.

Admodum Rev. D. Mattheus de Marinis Archipresbyter Curatus Matricis Eccleſiæ Sancti Petri.
Admodum Rev. D. Nicolaus Manieri Cantor.
Admodum Rev. D. Joſeph Zarrilli Primicerius Vicarius Foraneus.
Rev. D. Salvator Pucci.
Rev. D. Franciſcus Monaco.
Rev. D. Joſeph Valente.
Rev. D. Thomas Martilia.
Rev. D. Andreas de Martiis.
Rev. D. Sebaſtianus Rinaldo.
Rev. D. Canion Cotturri.
Admodum Rev. D. Michael Coloſſi J.U.D.
Rev. D. Dominicus Jacobus Bonamira.
Rev. D. Fælix Gaſparrino.
Rev. D. Dominicus Cardilli.
Rev. D. Dominicus Spada.
Rev. D. Dominicus Paulus la Fratta.
Rev. D. Franciſcus Aquilecchia.
Rev. D. Michael Renda.
Rev. D. Dominicus Antonius Savino.
Rev. D. Atthanaſius Ciraldi.
Rev. D. Franciſcus Antonius la Serpe.
Rev. D. Franciſcus Antonius Rinaldi.
Rev. D. Joannes de Martiis.
Rev. D. Michael la Fratta.
Rev. D. Dominicus Paſtore.
Rev. D. Joſeph Aglietta.

Rev.

Rev. D. Nicolaus Curci.
Rev. D. Michael Palumbo.
Rev. D. Michael Caſerius.
Rev. D. Leonardus Antonius Galeota.
Rev. D. Matthias de Marinis.
Admodum Rev. D. Franciſcus Antonius Cavedone J.U.D.
Admodum Rev. D. Mauritius Cocinelli U.J.D.
Rev. D. Atth naſius Manieri.
Rev. D. Nuntius Renda.
Rev. D. Sebaſtianus Carbone.

D I A C O N I

Diaconus Placido la Fratta.

S V B D I A C O N I

Subdiaconus Andreas de Marinis.

C L E R I C I

Abbas V. J. D. Cajetanus Vignola.
Clericus Ioſeph Cardilli
Clerecus Xaverius Chriſtiano.
Clericus Franciſcus Cotturri.
Clericus Sebaſtianus Brunetti.
Clericus Michael Ciraldi.
Clericus Vitus Laurentius Ginoſa.
Clericus Franciſcus Stancarone.
Clericus Sebaſtianus Lombardi.
Clericus Nuntius Galeota.
Clericus Sebaſtianus Gmoſa.
Clericus Donatus Santore.
Clericus Xaverius Pappalardo.
Clericus Franciſcus d' Avenia.

Extra

Extrà gremium:

Rev. Abbas D. Chriſtofanus Jorio;
Rev. D. Michael de Laurentio.
Clericus Paulus Rinaldi.

Ex Terra Maſcheti.

Admodum Rev. U. J. D. Joannes Baptiſta Giura Archipresbyter Curatus.
Rev. D. Nicolaus Manes Vicarius Foraneus.
Rev. D. Demitrus Petrino.
Rev. D. Franciſcus Gimbatta.
Rev. D. Dominicus Laganaro.
Rev. D. Nicolaus Scura.
Rev. D. Dominicus Manes.
Rev. D. Cajetanus Gimbatta.
Rev. D. Franciſcus Manes.
Rev. D. Carmen Romano.
Rev. D. Joſeph Cacoſſo..
Rev. D. Thomas Gimbatta.
Rev. D. Theodorus Canius Manes.
Rev. D. Theodorus Giura.
Rev. D. Joannes Cuccio.
Rev. D. Vittorius Cuccio.
Rev. D. Vitus Bonifacius Muſacchio.
Rev. D. Egidius Manes.
Rev. D. Carmen Santoro.

C L E R I C I.

Clericus Michàel Alampreſe.
Clericus Franciſcus Manes.

* * * * * *

Digitized by Google

CITATIO CONTRA ABSENTES.

PETRUS ANTONIUS CORSIGNANI

Dei, & Sanctæ Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Venuſinus.

PEr hoc Edictum citatoriale citantur, requiruntur, & monentur omnes, & ſinguli, qui ad hanc Synodum Diœceſanam convenire de Jure, & de Conſuetudine debent, quique hùc uſque contumaces fuerunt, & ſunt, nec allam juſtam cauſam de eorum abſentia coram Nobis exhibuerunt, quatenùs ad primam diem ſub pœna, prout in Noſtro Edicto de indictione hujus Synodi, comparere debeant, & quiſque eorum cum effectu compareat ad dicendam cauſam quare non debeant mulctari in dicta pœna, ſtante eorum præfata contumacia, alias elapſo dicto termino, die immediatè ſequenti, ſive compareant, ſive non intra hanc Synodalem actionem abſque alia citatione eadem pœna, ſive eiſdem pęnis mulctabuntur, inſtante per Illuſtri, & Admodum Rev. D. Nicolao Archipresbytero Ranieri Promotore Synodali. Datum Venuſii in prima ſeſſione Dięceſanæ Synodi hac die quarta Aprilis 1728.

Petrus Antonius Epiſcopus Venuſinus &c.

Citatio ad dicen. ut ſupra.

D. Joſeph Canonicus li Santi Cancell. &c.

SESSIO SECUNDA.

Inſtantia Promotoris pro continuanda Decretorum lectione, & contra abſentes.

ILluſtriſſime, & Reverendiſſime Pater, & Dominè: Cum nimis utilia, & proficua Clero ſint ea, quę legi cepta ſunt, & anguſtia temporis abſolvi non potuerunt; Ideo

Ideò ego Nicolaus Ranerius Archipresbyter, & hujusSynodi Promotor, antequam Synodus ipſa dimittatur, continuationem lectionis ipſarummet Conſtitutionum ab Illuſtriſſima Amplitudine tua humiliter peto, & inſto.

Cùmque jam venerit dies, qua omnes; & ſinguli Eccleſiaſtici ordinis homines hujus Civitatis, & Diœceſis ad præſcriptum legitimè moniti huic Synodo jam præſentes eſſe debent, cùmque etiam multi non parverint, ſed uſq; adeò, vel negligentes, vel contumaces fuerint, ut neque præſentes adſint, neque vero juſti impedimenti excuſationem, cauſam, aut nuncium miſerint; Ideo pro muneris mei officio eorum contumaciam accuſo apud Illuſtriſſimam Amplitudinem Tuam, ut citationem valvis hujus Cathedralis Eccleſiæ affiggi, & cum iiſdem tanquam inobedientibus agi jubeat prout Juris eſt, & Sacrorum Canonum ratio expoſtulat.

Decreta quæ legi debent ſunt videlicet.

De Sacramento Pœnitentiæ.

De Sacramento extremæ unctionis.

De Sacramento Ordinis.

De Sacramento Matrimonii.

De Vita; & honeſtate Clericorum.

De Parochorum officio.

De Canonicis, & officio Divino, choro, Eccleſiarum Miniſtris, & Archivis.

De Præbenda Theologali.

De Vicario Generali, & Vicariis Foraneis.

De Viſitatione.

De Ludimagiſtris.

De Sanctimonialibus, earumque Clauſura, Miniſtris, & Regulis.

De Regularibus, & exemptis.

De Sodalitiis Eccleſiarum.

Illuſtriſsimus, & Reverendiſsimus Epiſcopus Reſpondit.

Ita decernimus, & declaramus.

Inſtantia Procuratorum Cleri pro reductione Miſſarum.

Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Pater, & Domine. Datur à Sacro Concilio Tridentino (1) facultas Illuſtriſſimis Locorum Ordinariis, ut in Diœceſana Synodo, (2) rebus diligenter, ac maturè perſpectis pro eorum conſcientia in propriis Eccleſiis ſibi ſubjectis ſtatuere poſſint circa numerum Miſſarum, vel ob tenuem elæmoſynam, vel ob magnum Miſſarum numerum ante prædictum Concilium Tridentinum à Teſtatoribus relictarum, quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Eccleſiarum utilitatem expèdire videatur, cumque autem in hac Synodo omnia diligenter, ac profusè examinari nequaquam poſſint; Ideo Nos hujus Urbani, ac Diœceſani Cleri Procuratores humiliter petimus, ac inſtamus apud Illuſtriſſimam Amplitudinem tuam pro prædictorum onerum reductione extra Synodum peragenda.

DECRETUM.

Illuſtriſſimus, & Revèrendiſſimus Dominus cum multa videnda, & conſideranda noſcat circa prædicta, quæ in hoc conſeſſu accuratè, prout decet, decerni non poſſunt, facultatem ipſi tempore Synodi à Jure tributam extra præſentem conſeſſum ſibi reſervavit.

Ego U. J. D. Nicolaus Archipresbyter Ranerius hujus Synodi Promotor rogo vos Synodi præfatæ Notarios, ut de omnibus, & ſingulis in hac ſeſſione peractis, unum, plu-

(1) Conc. Trid. ſeſſ. 25. de ref. c. 4. Synod. Sipont. Eminentiſſimi Card. Urſini nunc verò BENEDICTO XIII. Pont. Max. fol. 120.

Digitized by Google

pluráve conficiatis inſtrumenta.

Notarii reſpondent: *Conficiamus*:

CITATIO SECUNDA CONTRA ABSENTES.

PETRUS ANTONIUS CORSIGNANI
Dei, & Sanctæ Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Venuſinus.

PEr hoc Edictum citatoriale citantur, requiruntur, & monentur omnes, & ſinguli, qui ad Synodum Diœceſanam convenire de Jure, & de Conſuetudine debent, quique huc uſque contumaces pertinaciter fuerunt, & ſunt ad videndum craſtina die antè dimiſſionem Synodi ſe mulctari, & condemnari in pœnam, & in pœnas, prout in Noſtro Edicto de indictione hujus Synodi, & mandatum quodcumque neceſſarium, & opportunum contra ſe relaxari, inſtante per Illuſtri, & Admodum Rev. Nicolao Archipresbytero Ranieri Promotore Synodali &c. Datum Venuſii in ſecunda ſeſsione Diœceſanæ Synodi hac die quinta Aprilis 1728.

Petrus Antonius Epiſcopus Venuſinus.

D. Joſeph Canonicus li Santi Cancellarius &c.

Citatio ut ſupra &c.

SESSIO TERTIA.

Inſtantia Promotoris pro continuanda Decretorum lectione, & contra abſentes.

ILluſtriſsime, & Reverendiſsime Pater, & Domine: Cum nimis utilia, & proficua Clero ſint ea, quæ legi cœpta ſunt, & anguſtia temporis abſolvi non potuerunt; Ideo ego Nicolaus Ranerius Archipreſbyter, & hujus Synodi Promotor, antequam Synodus ipſa dimittatur, continua-

tinuationem lectionis ipſarummet Conſtitutionum ab Illuſtriſſima Amplitudine tua humiliter peto, & inſto.

Cumque jam venerit Dies, qua omnes, & ſinguli Eccleſiaſti ordinis homines hujus Civitatis, & Diœceſis ad præſcriptum legitimè moniti huic Synodo jam præſentes eſſe debent, cumque etiam multi non parverint, ſed uſque adeo, vel negligentes, vel contumaces fuerint, ut neque præſentes adſint, neque vero juſti impedimenti excuſationem, cauſam, aut Nuncium miſerint; Ideò pro muneris mei officio eorum contumaciam accuſo apud Illuſtriſſimam Amplitudinem tuam, ut citationem Valvis hujus Cathedralis Eccleſiæ affiggi, & cum iiſdem tanquam inobedientibus agi jubeat, prout Juris eſt, & Sacrorum Canonum ratio expoſtulat.

Inſtantia Promotoris pro electione Judicum, *& Examinatorum Synodalium.*

ILluſtriſſime, & Reverendiſſime Pater, & Domine. Cum autem vigore Conſtitutionis Sanctæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. in Diœceſana Synodo aliquæ perſonæ deſignari, eligique debeant Dignitatem, vel Perſonatum habentes, ſeu ſaltem Canonicatum in Cathedrali, quibus cauſæ Eccleſiaſticæ, & Spirituales præter Ordinarios locorum, & ad formam Eccleſiaſticam pertinentes authoritate literarum Sedis Apoſtolicæ, vel legatorum ejuſdem commictantur; cumque pariter alia Conſtitutione decretum ſit Examinatores ſingulis annis in Diœceſana Synodo ab Epiſcopo proponi debere, ut in Eccleſiarum Parochialium vacatione tres ab Epiſcopo ex illis eligendi cum eo examen conficiant, ideo humiliter peto, & inſto, ut tot Perſonæ, quot, & quales Conſtitutiones prædictæ poſtulant, & ad id aptè ab Illuſtriſſima Amplitudine tuà deſignentur, ità ut prò hujus Diœceſis amplitudine deligantur Judices, & Examinatores, qui omninò munus examinandi, judicandive integrè præſtent. *De-*

Decreta, quæ legi debent ſunt videlicet.

De elæemoſynarum collectione, & Eremitis.
De Sacris Ædibus, earumque reverentia, & Immunitate, de Oratoriis, & Altaribus.
De Funeribus, Sepulturis, ac ſuffragiis, & animabus in Purgatorio exiſtentibus.
De Legatis Piis.
De bonis Eccleſiarum, locorum Piorum, Montium Pietatis, pignorum frumentariorum, & Hoſpitalium.
De criminibus coercendis, eorumque pęnis.
De Concubinariis, cæteriſque criminoſis, & Meretricibus.
De crimine falſi, literis, libelliſque famoſis.
De Uſuris, Uſurariis, Clericis negotiatoribus, & vilia exercitia facientibus, necnon Procuratoribus, Simoniacis, & maledicis.
De Conſtitutionibus Synodalibus, earumque duratione, & de fructibus Sede Epiſcopali vacante, aliiſque ſupellectilibus tunc repertis, & de Bibliotheca Venuſini Epiſcopii.
De Foro Eccleſiaſtico.
De Officialibus hujus Synodi, atque Examinatoribus Synodalibus.
De Judicibus Synodalibus, Teſtibus, ac Notariis.

Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Epiſcopus. *Reſpondit*: *Ita decernimus, & declaramus.*

In-

Inſtantia Promotoris pro Concluſione Synodi.

ILluſtriſſime, & Reverendiſſime Pater, & Domine: Cum omnia, quæ agenda ac tractanda erant in hac Diœceſana Synodo (Divino favente auxilio) ad optatum finem perducta ſint; Ideo Ego Nicolaus Archipresbyter *R*anerius hujus Synodi Promotor à Dominatione Veſtra Illuſtriſsima devotè peto, ut eamdem Synodum conclude-re, & cum Sancta benedictione jam dimittere, ac diſſolve-re dignetur.

DECRETUM.

DEo adjutore, jam Synodum Noſtram Diœceſanam complemus, & eam ad optatum finem perveniſſe videmus, propterea ipſam cum gratiarum actione Deo concludendam eſſe decernimus, & concluſam denunciamus.

Ego J. U. D. Nicolaus Archipresbyter *R*anerius hujus Synodi Promotor, rogo vos Synodi præfatæ Notarios, ut de omnibus, & ſingulis in hac ſeſsione peractis, unum plurave conficiatis Inſtrumenta.

Notarii reſpondent. *Conficiamus &c.*

IN.

Intimatio Decreti contra contumaces abſentes.

PETRUS ANTONIUS CORSICNANI

Dei, & Sanctæ Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Venuſinus.

INtimamus Vobis omnibus, & ſingulis, qui cum ad hanc Synodum Diœceſanam convenire de Jure, & Conſuetudine deberetis, nihilominus in veſtra contumacia perſiſtendo contra vos, veſtrumque quemlibet decrevimus pro ut infra videlicet.

Decernimus prædictos contumaces in pœnis præfatis fore, & eſſe mulctandos, prout mulctamus pœna viginti ducatorum pro quolibet, uſibus piis applicandorum noſtro arbitratu, & contra eoſdem omne mandatum neceſſarium, & opportum relaxamus cum intimatione præſentis decreti per affixionem ad valvas hujus Eccleſiæ Cathedralis.

Quare &c. inſtante per illuſtri, & Admodum Rever. D. Archipresbytero Nicolao Ranieri Promotore Synodali &c. Datum Venuſii in tertia, & ultima ſeſſione Diœceſanæ Synodi hac die ſexta menſis Aprilis 1728.

Petrus Antonius Epiſcopus Venuſinus &c.

D. Joſeph Canonicus li Santi Cancellarius &c.

******* *De-*

Digitized by Google

Decretum de dimiſſione Synodi.

AD laudem Omnipotentis Dei, Beatiſſimæque Virginis Sancti Andreæ, ac omnium Sanctorum, Synodum diſſolutam, ac dimiſſam decernimus, ita ut cuique, uti libet, liceat ad proprias Eccleſias redire. Hortamur tamen, ac obſecramus vos Fratres chariſſimi, ut voſmet tales in veſtro munere præbeatis, ſicuti verè, & propriè decet Clericum, & Sacerdotem à mundanis curis ſegregatum, illudque maximè cogitandum erit, ut omnis Populus fructum hujus Noſtræ Synodalis Sanctionis cognoſcat in veſtra virtute, & Religione eluceſcentem, & munus quiſque ſuum, perquam diligenter abſolvat, ut ſic gratiam, & gloriam unuſquiſque operibus ſuis in pietate Divina Confiſus, conſequi, & adipiſci in Domino valeat.

LAUS DEO

Dio

Digitized by Google

Die ſexta menſis Aprilis 1728. Venuſii &c.

HEc omnia peracta fuerunt publicis tribus ſeſſionibus, ut ſupra &c. in Eccleſia Cathedrali ſub invocatione Sancti Andreæ, præſentibus capitulis prælibatæ Cathedralis Terræ Forentiæ, Terræ Spinazziolæ, & Terræ Maſcheti, necnon aliiſque Regularibus omnibus præfatæ Civitatis abſque ulla contradictione &c. & in fidem &c.

Ita eſt Ego Canonicus D. Joſeph li Santi Notarius.
Ita eſt Ego Canonicus D. Joannes Joſia Notarius.

Digitized by Google



Digitized by Google

CONSTITUTIONES,

E T

D E C R E T A

PRIMÆ DIOECESANÆ SYNODI

Ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino

D. PETRO-ANTONIO

C O R S I G N A N I

Epiſcopo Venuſino

C E L E B R A T Æ

ANNO DOMINI MDCCXXVIII.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ TRINITATIS
PATRIS,& FILII,& SPIRITUS SANCTI
A M E N.

NOs PETRUS - ANTONIUS CORSIGNANI Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Venuſinus, ad majorem Omnipotentis Dei Gloriam, & Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, Beati Andreæ Apoſtoli, aliorumque Sanctorum laudem, & honorem Decreta, Monitiones, ac ſequentes

A Con-

Digitized by Google

Conſtitutiones, quæ in præſenti noſtra prima Venuſinæ Eccleſiæ Diœceſana Synodo, legitimè in Domino congregata, diligenter, & maturè diſcutiendo perpendimus, & perpendendo diſcuſſimus, ea qua fungimur ordinaria facultate noſtra, ac Paſtorali in commiſſum Gregem vigilantia, & dilectione STATUIMUS, DECERNIMUS, ET PUBLICAMUS: Ipſum Deum Omnipotentem, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Paſtorum omnium ſpectabile, & Princeps exemplar humiliter obſecrantes, ut quemadmodum Nos pro modulo noſtro per has Conſtitutiones divinum Cultum, Eccleſiarum nitorem, Cleri diſciplinam, totius Gregis ſalutem, & morum reformationem plantavimus, ita ipſe rore Miſericordiæ ſuæ nos irrigans det intrinſecùs incrementum, ut de corde bonò, Conſcientia pura, & Fide non ficta ea, quæ ſtabilivimus, gratiæ ipſius adjutorio, fideliter obſervemus.

Agnoſce Venuſina Eccleſia Divinę Miſericordię ſuper te condeſcenſum; agnoſce *diem viſitationis tuæ* (1), *& quæ ad pacem tibi* (2); agnoſce *veterem Hominem cum actibus ſuis* (3), quo per hanc Synodum exueris, & novo induta

(1) *Luc.* 19.44. (2) *Ibid.* 42. (3) *Col.* 3.9.

Digitized by Google

duta *noli in veterem* (1) *vilitatem degeneri converſatione redire*; noli ad decus extrinſecum per hos meos labores tibi captare gloriolam; verùm ad intimam, & ſpontaneam Pietatem, ad Gratias Deo agendas, ad pulchritutidem quoque, & Dignitatem tuam his Conſtitutionibus utere; ſic Catholicę Romanę Eccleſię, ſic Sanctis, ſic Deo tuo, qui per me te inviſere dignati ſunt, eris *genus electum, Gens Sancta, Populus acquiſitionis, Regale Sacerdotium* (2) Spirituales Hoſtias, & voluntarium obedientię Sacrificium, pacis tuæ apud Aram oblatura. Agnoſcite dilectiſſimi filii, cor, & animum Patris veſtri, neque enim ad extrinſecos Ritus, & ceremonias converſus has Regulas elucubravi, neque Lege forinſecùs dumtaxat inſonante vos munitos, & vallatos volui; *Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus*; (3) Cor, animumque veſtrum, ut coram Deo dirigerem, elaboravi. Neque quia laboris opus jam in lucem editum eſt, à labore, à vigilia, à ſollicitudine, ab inſtantia quotidiana ceſſabo; vigilans vigilabo jugum meum die, ac nocte, ut *qui cępit in Nobis ipſe perficiat* (4), & faciat pro bona voluntate proventum. Vos

(1) *S. Leo ſer. 1. de Nat. Domini.* (2) *Pet. 2. 9.*
(3) *Pſalm. 44.* (4) *Ad Phil. 1. 6.*

itaque Paternę Vigilantię meæ (1) *Corona* ſitis, & *Gaudium*; allevate onus, cuſtodite vigilias, ęmulamini Zelum, legibus obedite docibiles. Quam amarum erit de vobis illud ſi audiam evulgari, quod olim de Populo ſuo per Oſee querebatur Omnipotens: (2) *Ego redemi eos* . . . . . Ego de ſordibus ablui, de fęcibus purgavi, de pulvere excuſſi, de ruderibus, truncíſque ſimulacris gloriam eorum egeſſi . . . . . *& ipſi locuti ſunt contra me mendacia*.

(1) *Ad Phil.* 4. 1. (2) *Oſ.* 7. 13.

TIT. I.

De Fide Catholicâ, ejuſque profeſſione.

BEnedictus, ac glorioſus ille, qui venit in nomine Patris Redemptor Noſter Jeſus Chriſtus, qui in (1) Fide ſibi ſponſavit Eccleſiam Sanguine ſuo acquiſitam, quæ eſt columna, (2) & firmamentum veritatis, non tantum corde credere, ſed parabolis aſſumptis, jungenda opera cum verbis oſtendit, unde ille (3) dictis ſuis per opera Fidem conciliavit; docuit namque inter alias virtutes humilitatem; præſtitit, vero cum dixit:diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde (4); juſſit ut inimicos diligeremus, facto autem dilexit pro ſuis Crucifixoribus deprecatus (5); itaque *ne dum corde operoſo credendum eſt ad juſtitiam, ſed ore etiam facienda eſt confeſſio ad ſalutem* (6); qua de re bene, & ſalubriter à Conciliis (7), & à Sacris Canonibus decretum fuit, ut ab iis qui beneficia obtinuerint, præcipuè Curata, & Canonicatus, ac inſuper ab omnibus Confeſſariis, etiam Regularibus, à Concionatoribus, à Profeſſoribus Sacrarum Scripturarum, Theologiæ, Philoſophiæ, ludorumque magiſtris Fidei profeſſio juxta Conſtitutionem (8) San.mem. Pii IV. emittatur: ad quod etiam piè, & utiliter faciendum artis medicinæ, aliarumque liberalium publicè, vel privatim profeſſores, & exercentes, quantum in Domino poſſumus ſalubriter admonemus. Si qui vero hoc facere neglexerint, eos juxta negligentiæ, vel contumaciæ merita pœnis ſpiritualimus diſtringemus.

Fidei autem formula ſequens eſt.

Ego N. firma Fide credo, & profiteor omnia, & ſingula quæ continentur in ſymbolo Fidei, quo Sancta Romana Eccleſia utitur, videlicet: Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem, Factorem Cœli, & Terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium; & in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum antè omnia ſecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum non factum conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt; qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu San-

(1) *Oſ.* 2.20. (2) 2. *ad Tim.* 3. 15. (3) *D. Chry. homil.* 1. (4) *Matth.*8.20. (5) *Luc.*23.34. (6) *Rom.*10. 10. (7) *Præſertim Conc. Trid. ſeſſ.*24.*de refor. cap.*12. (8) *Conſt.*88.

Digitized by Google

ĉto ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & Sepultus eſt; & Reſurexit tertia die ſecundum ſcripturas; & aſcendit in Cœlum, ſedet ad dexteram Patris; & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus Regni non erit finis; & in Spiritum Sanĉtum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus eſt per Prophètas; & unam Sanĉtam Catholicam, & Apoſtolicam Ec cleſiam, confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum, & expeĉto Reſurreĉtionem mortuorum, & vitam venturi ſeculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ obſervationes, & Conſtitutiones, firmiſſimè admitto, & ampleĉtor. Item Sacram Scripturam, juxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sanĉta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione Sacrarum Scripturarum admitto, nec eam unquam niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramenta novæ legis à Jeſu Chriſto Domino Noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licèt non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam unĉtionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre: & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de Juſtificatione in Sacroſanĉta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, ampleĉtor, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis, & defunĉtis, atque in Sanĉtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter Corpus, & Sanguinem, una cum Anima, & Divinitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ vini in Sanguinem, quam converſionem Catholica Eccleſia, Traſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub alterà tantùm ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe; Animaſque ibi detentas, fidelium ſuffragiis juvari; ſimiliter, & Sanĉtos una cum Chriſto regnantes venerandos, atque invocando eſſe, eoſque, orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiſſimè aſſero, Imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanĉtorum habendas, & retinendas eſſe, at-

que

que eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco, Romanoque Pontifici, Beati Petri Apoſtolorum Principis Succeſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac juro. Cætera item omnia à Sacris Canonibus, & OEcumenicis Conciliis, ac præcipuè à Sacroſanctâ Tridentinâ Synodo tradita, definita, & declarata indubitantèr recipio, atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, & rejicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extrà quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti, ſpontè profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram, & inviolatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè (Deo adjuvante) retinere, & confiteri, atque a meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantùm in me erit, curaturum.

Ego idem N. ſpondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, per hæc Sancta Dei Evangelia. Quocircà præcipimus, ac mandamus, ut in noſtrâ Epiſcopali Cancellariâ, liber illorum, qui fidei profeſſionem emittunt, unà cum eorundem nominibus, & cognominibus coram duobus Teſtibus, habeatur; negligentes verò ſciant ſe indignationem noſtram incurſuros fore.

TIT. II.

De Blaſphemis, Hæreticis, Sortilegis, Divinatoribus, & libris prohibitis.

DEteſtabile, ac horrendum iniquorum hominum crimen, qui impurum os in Cœlum ponere audent, ac Sanctiſſimum Dei nomen ab omnibus Creaturis ſemper benedicendum, nefariis labiis *acuentes linguas ſuas ſicut ſerpentes* (1) polluunt, divinis, humaniſque legibus æquè damnatum, immò turpiſſimæ mortis pœna in veteri Teſtamento (2) punitum, divinæ iracundiæ flagella promeretur, & provocat. Quam ob rem flagitium id, quod præſertim in hac noſtra Civitate, ac Diœceſi, magno animi noſtri mœrore, in ple-

(1) *Pſal.* 134.4. (2) *Lev.* 24.16.

plebæis, ac mulierculis graſſatur, quantum in Domino poſſumus extirpare ſatagemus.

I. Sciant itaque omnes, de jure Canonico tales ſceleſtos graviter puniri: Nam Pontifex Pius Primus (1) Clericos blaſphemos deponi mandavit, Laicos vero anathematizari. Gregorius IX. præcepit (2) quod Blaſphemus ſeptem diebus Dominicis prò foribus Eccleſiæ palàm dum aguntur Miſſarum ſolemnia, exiſteret, quod alere teneretur pauperes, quod certis diebus in pane, & aqua jejunaret, & aliæ impoſitæ fuerunt pœnitentiæ, præſertim contra blaſphemos ex conſuetudine, contra quos jura graviter procedendum clamant.

II. Qua de re conſtitutionibus Apoſtolicis etiam inhærentes (3) ſtrictè mandamus, ut quicumque palàm, ſeu publicè Deum, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, vel glorioſiſſimam Virginem Matrem Mariam expreſsè blaſphemaverit, ſi Clericus fuerit, primum fructibus unius anni beneficiorum, ſi quæ poſſidet privetur, ſi ſecundò in eò deliquerit, beneficia amittat, & inhabilis ad alia in poſterum obtinenda reddatur; Si verò tertio cum ex habitu peccaverit, omnibus dignitatibus exutus, in exilium mittatur, & arbitrio noſtro deſuper puniatur. Quod ſi nullum beneficium poſſideat, pecuniariam mulctam, ſeu potiùs pœnâ carceris replicatis vicibus, noſtro arbitrio aggravanda, erit ſeveriſſimè puniendus. Si autèm iterum ejuſdem ſceleris arguatur, & convincatur, graviter quoque in corpore luet, juxta pœnam in laudatâ Divi Pii V. Conſtitutione Sancitam.

III. Si verò ſit Laicus, illum Confeſſarii interrogent, an recidivus exiſtat, (a) nam ſi talis non erit, poſt acrem monitionem, gravi impoſita pœnitentiâ eundem abſolvant: quod ſi ter recidivus extiterit, caſum facimus nobis reſervatum; Ideoque is à nemine, niſi noſtra licentia abſolvatur (b). Idemq; Confeſſarii omni pœnitenti obligationem de hoc execrabili exceſſu denunciando inſinuent; & denunciare detractantes nullo modo abſolvere poſſe meminerint (c). Attentè autem doceant rudiores perſonas, quæ verè ſint blaſphemiæ, ne illas ignorantes mortaliter peccent, ob erroneam conſcientiam, ubi verè lethalis culpa non adſit.

IV. Lai-

(1) *Si quis per Capillos 27. qu. 1. c. fin. de Cler. Maledic.* (2) *Cap. Statuimus de Maledic.* (3) *Leo X in Conc. Lateranen. ſeſſ. 9. in Bulla Conſt. 7. §. 23. Jul. III. Conſt. 23. S. Pius V. Conſt. §. 10.: & alii.*

(a) *Blaſphemia in Deum Jeſum Chriſtum, Mar. V. tertio recediva caſus reſervatus.* (b) *Recidivitas in blaſphemando caſus reſervatus ſimiliter non denunciatio.* (c) *Et pro nolentibus hanc blaſphemiam denunciare negatur Confeſſariis facultas abſolvendi.*

Digitized by Google

IV. Laicis blaſphemis, niſi ab hoc ſcelere reſipiſcant, licentias contrahendi matrimonia minimè conceſſuri erimus, ne filios iræ eorum exemplo generent; neque pauperibus hac labe infectis eleemoſynas donaturi: immò ſi poſt relatas diligentias utique pertinaces fuerint, ac publicè, ut ſupra blaſphemaverint, eos (1) excommunicationis fulmine feriemus.

V. Judices quoque ſeculares, ut recordentur oportet, primas eorum muneris eſſe partes, prò Dei honore tuendo, blaſphemos omnes ſeverè punire, memoriam retinentes, ne dum in teſtamento veteri, ut jam dictum eſt, tales homines fuiſſe lapidatos, verum etiam de Jure Civili morte punitos (2) nàm propter blaſphemiæ delictum fames, peſtes, & alia flagella (3) eveniunt. Id etiam ipſis à Regni hujus piiſſimis Pragmaticis (4) ſæpiſſimè imponitur, ut etiam ſub anno M. D. CC. XXVI. ad rem emanata legitur Conſtitutio.

VI. Caveant etiam animæ ab alto nobis commiſſæ fugere venenum aſpidum ſub labiis (5) eorum, qui (6) hæreſibus, auguriis, ſortilegiis, divinationibus, & doctrinis, & libris ſunt addicti prohibitis.

VII. Decernimus itaque manifeſtè hæreticos, ſchiſmaticos, vel de hæreſi ſuſpectos à nemine recipi, vel cum eis converſari, ſub pœnis in Sacris Canonibus, & in Bulla Cœnæ contentis (7).

VIII. Quod ſi per tranſitum occurrerint, & proptèr officium perſonarum hoſpitii humanitas nequeat denegari, ſtatim nos, vel Vicarium noſtrum Generalem de tranſeuntibus illis certiores faciant, ut de modo converſandi, & de reliquis remediis, abſque aliorum labe poſſit inſuper provideri.

IX. Quòd ſi id extrà hanc Urbem contigerit, Vicarii foranei, vel Parochi monebunt Patres familias, ne de Religione ſermo habeatur, ne minores filii coram illis apparere faciant, & cibos ab Eccleſia non vetitos apponant.

X. Seductores, ſanæ doctrinæ non credentes, de hæreſi diffamati,

 & ſu-

(1. *D. C. ſi quis per Capillos 27. qu. 1.* (2) *Auth. ut non luxurientur homines cont. naturam & gloſſ. verb. ultimis ſupplic. & c. finis de Cleric. maledico Ang. de malef. verb. injurioſa num. 14. Clar. §. blaſphemia verſ. ſed quero. Roſſ. de inquiſ., num. 131. del Bonc. de off. Sacr. inquiſ. par. 2. dubit. 216. ſect. 22. num. 1. & 2.* (3) *D. auth. ut non luxurientur homines.* (4) *Prag. 5. hoc eodem tit., & alibi.* (5) *Pſalm. 139. 4.* (6) *Can. auguriis can. aliquanti can. ſortes, Can. pervenit. can. Epiſcopi 26. qu. 5. can. nec mirum: ibidem.* (7) *Cap. ſicut, ait de haret. c. omnis 24. qu. 1. c. Clericus 24. q. 3.*

& ſuſpecti, vel hæreticis adhærentes, & dubii in fide, qui juxta Canonem infideles ſunt, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Summo Pontifici reſervata (1) denuncientur.

XI. Sortilegi, ſagæ, ac malefici, de majori crimine convicti, Canonicis pœnis punientur, & ſi Clerici extiterint Curiæ Seculari puniendi tradentur (2), & ſi delicta minora ſint, perpetuis carceribus (3) mancipentur.

XII. Interim verò Veneficia, carmina, ligaturas, cæteraſque perditiſſimas artes quomodolibet exercentes, illoſque nominatim, qui Sancti Matrimonii uſum, vel effectum impediunt, (*) excommunicationi ipſo facto incurrendæ ſubjicimus (a), & ſi hæc ſcelera in foro pœnitentiæ confiteantur, caſus ſit nobis reſervatus.

XIII. In eamdem excommunicationem latæ ſententiæ incurrere volumus illos, qui temerè Sacramentis, Sacramentalibus, cæteriſve rebus conſecratis (b), vel benedictis ad ſortilegia abutuntur, vel eadem ad abutendum ſurripiunt, commodant, tradunt, etiam non ſecuto effectu, quæ flagitia etiam nobis abſolvenda excipimus.

XIV. Aſtrologos, qui vulgò Judiciarii dicuntur, vel etiam Mathematici, qui nempe de futuris, & liberis hominum eventibus prognoſtica formant judicia; quiqueetiam de Statu Chriſtianæ Reipublicæ, vel de Summi Romani Pontificis (4) vita, ejuſque Conſanguineis, uſque ad tertium gradum pariter ariolando divinant, etiamſi non certò ſe iſta ſcire proteſtentur, nullo modo tolerandos eſſe cenſemus, hujuſmodi enim inſaniæ homines divinæ ſunt Providentiæ Oſores; qua de re ſi qui eos deprehenderint, ſciant ſe illos denunciandi obligatiône teneri.

XV. Libros prohibitos legentes, vel abſque licentia retinentes in excommunicationis pœnam ipſo jure incidant. Meminerint etiam confeſſarii omninò non poſſe impendere abſolutionem non denunciantibus, nec volentibus denunciare impios omnes ſupradictos homines cujuſcumque ſint gradus, ſexus, aut conditionis.

TI-

(1) *Conc. Later. in c. ſicut de heret. 5. Inquiſ. Rom. 8. Martii 1623. c. excommunicamus 13. §. adjicimus de heret.* (2) *Greg. XII. conſtit. 4. Omnipotentis.* (3) *Ex d. conſt.* (a) *Caſus reſervatus, & excommunicatio latæ ſententiæ in impedientes uſum Matrimonii.* (b) *Similiter in abutentes Sacramentis.* (4) *Conſt. 114. Urb. VIII. inſcrutabilis.*

(*) *Excommunicatio, & caſus reſervatur in Veneficia, carmina, ligaturas & in abutentes rebus Sacris ad ſortilegia.*

TIT. III.

De rudimentis Doctrinæ Chriſtianæ tradendis.

Ex fidelibus pro certò aſſerere nemo hæſitat, ignorantiam myſteriorum (1) Fidei, ac ejuſdem rudimentorum, eſſe radicem, cauſamque errorum, nam *ſi parvuli petunt panem, & non ſit, qui frangat eis* (a), nonnè male vivent, ac ſtatim intereant, neceſſe eſt? *adoleſcens* (2) *juxtà viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea*, & boni, pravique habitus a pueritia (3) dependent; quocircà cùm Chriſtianæ doctrinæ documentis, quaſi lacte pueri enutriantur, ut deinceps virtutum incrementis, veluti ſolidiore cibo, adoleſcant, ea qua decet muneris noſtri ſollicitudine, propter quam neceſſarium duximus præſentem Synodum citiùs congregare, ſtatuimus, atque decernimus, Sacro Concilio Tridentino inhærentes (4).

I. Ut Parochi feſtis diebus, aut ſaltem Dominicis, populum ſibi commiſſum de Orthodoxæ Fidei miſteriis in omni patientia, & charitate erudire ſatagant, & præcipua cura, ſedulitate, ac diligentia pium miniſterium adimpleant. Mares à fœminis, ſi fieri poteſt, tunc ſeparentur, & quod omnes attentè, devotè, ac modeſtè interſint, curent, increpando etiam, quomodò dictos pueros ſalutari Crucis ſigno, ſe munire debeant; Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Apoſtolorum Symbolum, ſeptem Eccleſiæ Sacramenta, præcepta Dei, & Eccleſiæ, aliaque potiora noſtræ Religionis rudimenta præſertim Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis myſteria eis omninò explicent, utentes ad id etiam libello clar. mem. Eminentiſs. Cardinalis Bellarmini, quod compendium Doctrinæ Chriſtianæ appellatur. Commendent iiſdem Dei timorem, & amorem; Sacramentorum frequentiam, ac majoribus, Parentibuſque obedientiam, & reverentiam.

II. Hortamur etiam in Domino, ut faciliùs ſupradicta expleant, quod ubi doctrinæ Chriſtianæ Confraternitas erecta eſt, aliqui ex viris ad id idoneis, vita; & moribus probatis, vel ubi non dum erecta eſt, aliqui pii homines pro hominibus, ac honeſtæ Mulieres pro fœminis eligantur, qui, & quæ Parochos in hoc munere adjuvent, Indulgentias à Sancto Pio V. & Paulo V. Summis Pontificibus conceſſas, lucraturi, atque lucraturæ.

 III.

(1) *C. ignorantia diſt.* 38. (2) *Prov.* 22. 6. (3) *Jacob.* 5. 5.
(4) *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 4. (a) *Thr.* 4. 4.

III. Clerici quoque in minoribus, aut in majoribus ordinibus conſtituti, maximè ii, qui alicujus Eccleſiæ ſervitio addicti reperiuntur, conſtitutis diebus, in hoc ſancto exercitio Parochis operam ſuam impendant, ſciantque Nos libentiùs eos ad majores Ordines promoturos, ſi id expleviſſe Nobis per eorumdem Parochorum teſtimonia, planè conſtiterit.

IV. Ludimagiſtri pariter pueros, & quos adoleſcentes erudiendos ſuſceperint, ut ii dem Chriſtianam doctrinam calleant, ſemper invigilent, qua de re ſemel in hebdomada, aliqua ex Romano Cathechiſmo, vel majori doctrina prælaudati Cardinalis Bellarmini ipſis declarent, & quotidiè exercitationibus ſcholaſticis finitis, flexis genibus, Orationem Dominicam, Salutatiohem Angelicam, ac Symbolum Apoſtolorum devotè ipſos recitare, prout in Domino iterum efflagitamus, omninò curabunt.

V. Quoniam verò non tantùm pueri, ſed (quod non ſine animi noſtri mœrore, in ſancta Viſitatione accepimus) nonnulli etiam adulti, Fidei rudimenta adeò ignorant, ut vix ſigno Crucis ſe ritè ſignare calleant; Ideò eoſdem Parochos monemus, ut ipſos docendo, iſtruendoque, erubeſcere faciant, & ſi opus fuerit, inter Miſſarum ſolemnia diebus Feſtivis, dum ad Populum ſermonem habent. Quod neceſsarius eſt pro dictis Fidei documentis, alta voce pronuncient, & poſt pronunciatum ab eis verbum, adſtantes id ipſum repetere faciant.

VI. Qui eſsentialia Catholicæ Fidei capita ignoraverint, aut diſcere renuerint ad Patrini officium in Baptiſmi, & Confirmationis Sacramento haud recipiantur, nec ſacris ſodalitatibus, præter quam Doctrinæ Chriſtianæ adſcribantur, nec ad contrahendum Matrimoninm admittantur.

VII. Mandamus itaque Parochos ad denunciationes, in Sacro Concilio præſcriptas, non devenire, niſi de neceſſariis ad ſalutem, eos, qui contrahere voluerint, priùs examinaverint, ut ità rubore ſuffuſi, hæc omnia addiſcere cogantur.

VIII. Si quis autem ex Parochis, prædicta non obſervaverit, aut edocere neglexerit, primò quidem pecuniaria mulcta juxta caſuum circumſtantias à Nobis, vel Vicario noſtro Generali, ſive Foraneis taxanda punietur, aliiſque inſuper additis, arbitrio noſtro ſeverioribus pœnis, ſi iterùm, ac tertiò omiſſione deliquerit. Et ſi quartò abſque legitima cauſa id munus non adimpleverit, pœna inſuper ſuſpenſionis latæ ſententiæ incurrenda plexus exiſtat.

IX. Iiſdem pariter pœnis obnoxii ſint Cappellani, qui Parochos in hoc miniſterio adjuvare ex præciſa obligatione tenentur.

X. Cæ-

X. Cæteros verò Sacerdotes enixè hortamur, ut in hoc tam gravi negotio illos adjuvare non omittant.

XI. Sacri etiam Præcones, dum Conciones ſtato tempore ad Populum habent, Parentes, Patrinos, Patresfamilias, Propinquos, Tutores, Curatores, alioſque, quibus Adoleſcentium cura commiſſa eſt, crebrò admoneant, ut illos ad Eccleſias ſtatutis diebus, doctrinam diſcendi gratia mittant, nec non Dominorum ergà famulos obligationem inculcent, & pro eorum ſapientia, ac zelo rei gravitatem omnibus patefaciant.

XII. Confeſſarii omnes Sæculares, & Regulares occaſione audiendi Confeſſiones idem ſuadere non prætermittant, eorum Conſcientias ſuper hoc onerando, ſi id neglexerint; & quomodò tunc ſe gerere debeant, & quid in hac re confitentibus inſinuare debeant, omninò ſtudeant.

XIII. Tempore autem, quo ſacra Cathecheſis exercetur, clamores, ſtrepitus, ac rumores omnes, qui illam perturbent, tam intrà, quàm extra Eccleſias in foro proximò, omninò prohibemus: quod ſi aliqui hac de re tertio admoniti non reſipuerint, ad eos coercendos Eccleſiaſticis cenſuris utemur, iſtud autem & pro tempore ſacræ prædicationis ſervari volumus, pœnis ſimilibus ſimiliter contumaces coerciturí.

T I T. IV.

De Verbi Dei Prædicatione.

HUic Gregi, *in quo* (1) *Spiritus-Sanctus poſuit Nos regere ipſius Eccleſiam*, ità attendere debemus, quod Paſtoralis cura, illa apud Nos præcipua dicatur, ut commendatæ Oves, Verbi Dei pabulo reficiantur in veritate doctrinæ, & ad Vitam nutriantur ſempiternam. Munus ſiquidem prædicationis adeò divinum reputari oportet, ut Dominus Jeſus ad hoc veniſse fateatur in Mundum, ſuaque Verba (2), non à ſe loquutum Apoſtolis, ſed ſibi à Patre accepta, dediſse; proindeque eadem Verba (3) nos mundant, vivificant, & ſanctificant, ſine quibus tanquam oſſa arida (4) Gentes derelictæ in umbra mortis ſedent: ex quo ſemper per Catholica præcepta cautum fuit, quod Sanctè Verbum Dei prædicari deberet ſicuti

(1) *Act.* 20. 28. (2) *Joan.* 14. 10. *Joan.* 17. 18. (3) *Joan.* 6. 69.
(4) *Ezech.* 39. 4.

ti Patres, & Concilia unanimiter ſtatuerunt (1) porrò idem inſcrutabile Dei Conſilium, cum humilitatem, & infirmitatem noſtram poſuerit regere Populum hunc, ultra alia ſollicitudinis onera humeris licet imparibus commiſſa, id ſane renunciationis noſtræ Primordiis graviùs intelleximus, & hactenùs in mentem habuimus, ut laudatum Divinum Verbum ex Ore Altiſſimi in manifeſtationem etiam Sacramentorum prolatum, velut aurum igne probatum, purgatum ſeptuplum per idoneos Miniſtros nunciaretur. Quod & fieri, Divina Providentia aſpirante, mandarunt Leo X. (2) Sanctus Pius V. (3) Gregorius XV. (4) Clemens X. (5) Venerabilis Innocentius XI. variis literis, ſimilibuſque Clemens XI., ſicut longè lateque materiæ huic olim ſtudendo, illam in Volumine quodam ſuper Juribus, oneribuſque Prædicatorum, Deo dante evulgando, recollleximus. (6)

I. Præcipimus itaque, ac ſtrictè omnibus in hac noſtra Diœceſi animarum curam habentibus mandamus, ſub pœna arbitratu noſtro imponenda, ut ſingulis Dominicis, Feſtiſque diebus inter Miſſarum ſolemnia, ſtatim poſt Evangelium, adſtante Populo, devotum, ſanumque ſermonem habeant, themate ex currenti Evangelio deſumpto; & ſic eodem Divino Verbo, ſalubribuſque Doctrinis à Peccatorum tenebris ad gratiæ lumen, ab erroribus ad veritatem, a vitiis ad virtutes, Auditores abſque dubio revocabunt; nam vivum, ut ait Sanctus Ambroſius (7) eſt Verbum Dei, & validum, & acutius omni gladio acutiſſimo, penetrans uſque ad diviſionem Animæ, & ſpiritùs; artuum quoque & medullarum, cogitationes cordis, & ſecreta ſcrutatur animorum; quia nuda, & aperta ſunt omnia Dei Filio, quem conſcientiæ ſecreta non fallunt.

II. Omnes Concionatores in principio Concionis Signo Crucis ſe muniant; Beatiſſimam Virginem ſalutent; concionem aſſueto temporis ſpatio graviter protrahant; & ſolitos ritus in illa obſervent.

III. Mulieribus prædicandi officium interdicimus, cum illæ tacere debeant in Eccleſiis (8). Clericis, & Regularibus à Superioribus approbatis gravibus & maturis prædicare liceat; non tamen Laicis, & Hæreticis (9).

IV. Iidem Regulares abſque licentia ſuorum Superiorum, etiam in

(1) *Conc. Later. 5. ſeſſ. 11. Trident. ſeſſ. 5. de refor. c. 2. 4. & 24., & alibi.* (2) *Conſt. 21. Superna.* (3) *Conſt. 5. cum primum §. 4.*

(4) *Conſt. Inſcrutabili.* (5) *Conſt. 7. Superna.* (6) *Hoc opus m. ſſ. laudatur ab Epiſcopo Baſſio Anagnino in libro de Sodalitiis Laicorum pag.* 115. (7) *S. Amb. lib. 2. in cap. 2. Luc. propè fin.* (8) *S. Paul. prim. ad Corin. c. 54. Timot. 2.* (9) *C. cum intacto ubi Gloſ. de Heret.*

in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicare non poſſint, niſi prius de vita, moribus, & ſcientia examinati, & approbati fuerint (1) cum qua licentia ſe coram nobis, vel Vicario noſtro Generali præſentare, & Benedictionem petere teneantur, (2) antequam prædicare incipiant.

V. In Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, ultra permiſſionem Superiorum ſuorum, etiam noſtram, vel Vicarii noſtri Generalis licentiam impetrare debent, & ſinè illa, quam nos gratis concedemus, prædicare non audeant (3).

VI. Quæſtores, Eleemoſinarii, qui etiam Quæſtuarii dicuntur, cujuſcumque conditionis exſtant, nullo modo, nec per ſe, nec per alium prædicare præſumant; (4) in contrà facientes facultate nobis conceſſa pœnis à Sacris Canonibus præſcriptis animadvertemus.

VII. Communitates, quæ habent Jus nominandi Prædicatores, ſciant non minus cibo corpora ali, quam animas Sacro Dei Verbo nutriri, & ob id, quod nos maximè urget, Pios, proboſque Viros nominent, quos congruo etiam tempore, ante ſcilicet Epiphaniam Domini nominabunt; deputare tamèn ſeù conſtituere (5), ſicut nec Elemoſynam Sacribus Præconibus negare non poſſunt (6). Si autem ante dictum tempus Epiphaniæ, nominatio negligitur, illa ad nos pro illa vice devoluatur.

VIII. Prædicatores efficaciter ad animarum ſalutem perſuadeant Fideles; verumtamen neceſſum eſt, ut verbis opera adjungant, & concordent, ita enim Redemptoris exemplo, qui prius (7) cœpit facere & deinde docere, inſtruimur; prætereà monſtrum eſt in Moralibus dicere, & non facere, ſeù mos doctrinæ contrarius (8).

IX. Primo loco curent Sacri Præcones ut Sacræ Scripturæ præ omnibus rationem habeant, hæc enim veritatem infallibilem apud ſe continet, nihilque ab unanimi Patruum, & Catholicæ Eccleſiæ ſenſu alienum proferant; nec præſumant divinare certum tempus, vel diem eventuum, ac mundi finem ſtatuere, vel miracula ab Eccleſia non approbata (9) prædicare.

X. Caveant inſuper vanis Gentilium Doctrinis, & prophanis, vel

(1) *Conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 2. Greg. XV. conſ. 16. in Butlar. Cherub. tom. 4.*
(2) *Clem. X. conſ. 7. Conc. Trid. ibidem.* (3) *Conc. Trid. ibidem.*
(4) *Conc. Later. ſub Innoc. III. c. 62. cap. cum eo de pœn. Conc. Trid. ibidem.* (5) *DD. per Nicol. verb. prædictio num. 17.* (6) *S. Conc. apud Monacell. tit. 12. form. 17.* (7) *Act. Apoſt. 1.*
(8) *Card. Cajet. in c. 23. Mattei.*
(9) *Leo X. conſt. 21.*

Digitized by Google

vel curioſis Apocryphis Scripturis, ineptis Hiſtoriis, fabulis, vaniloquiis, & ſimilibus prædicationem habere (1), vel permiſcere; ſit itaque ſermo ipſorum non in perſuaſibilibus humanæ Sapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, ut ait Apoſtolus, nec plauſu delectentur, ſed auſcultantium geminibus (2).

XI. Dei autem Verbo, quod gladius, & ſagitta in Sacris paginis dicitur, utantur, ac digladientur; neque ullo fatigentur labore, vel tribulatione deterreantur; quinimmò clament, nec ceſſent, arguant, obſecrent, increpent juxta Beatiſſimum Apoſtolum in omni patientia, & doctrina; verum præcipua eorum cura ſit, ut Auditorum capacitati ſe accommodent, temporè ſcilicet, loco, ac Perſonis congruis argumentis, (3) deque opportuna materia diſſerant.

XII. Contra determinatas Perſonas, vel nominatim verba in concionibus facere prohibemus; Fidelium vero Eleemoſynis pauperes commendare, prævia noſtra licentia poterunt, ſicut & ſeipſos, ſi urgeat neceſſitas, quæ tamen nobis debet manifeſtari, & Judicio noſtro committi. Inſuper uno ſaltem die Feſto Quadrageſimæ indigentias piorum locorum Terræ Sanctæ commendent (4).

XIII. Conſuetudo ſolvendi, aut præſentandi Eleemoſynam Concionatoribus Verbi Dei contrà quoſcumq; ſervetur (5) niſi Parochi ex propria obligatione prædicarent, ſimileſque animarum Rectores, quibus Eleemoſyna non deberetur. Regulares, dum Sacras Conciones habebunt, caveant publicare indulgentias à nobis non approbatas (6).

XIV. Locus prædicationis ordinariè Eccleſia eſſe debet, juxta Conc. Turonenſis (7) præſcriptum, & proprie ſugeſtus, aut Altare, exemplo Salomonis, qui baſim in medio Baſilicæ poſuit, ibique locutus fuit Populo Dei (8); unde niſi neceſſitas urgeat, extrà Eccleſiam nunquam prædicari poſſe abſque noſtra licentia ſtatuimus, quam licentiam propter Miſſiones in Plateis, vel dum ſimilia contingunt arbitrio noſtro, vel Vicarii Generalis, dabimus. In Sac. Sugeſto

(1) *S.Laur.Inſt. de Regim.Prel.c.7.* Conc.*Flor.*1574.*tit.de Prad.c.*4.*Aquile:* 1596.*& alib.* (2) *S.Proſ.de vit. cantep. lib.*1.*cap.* 23.

(3) *Act.Eccleſ.Med f.*476. (4) *Urba.VIII.conſt.* 11.§.1.*Clem.X. Conſt.*30.§.3.*Greg.XV.conſt.*26. (5) *Can.in Rep.poſt Sacr.Rit. verb. concio num.*57.*& alibi.*

(6) Conc.*Trid. ſeſſ.*21. *can. 9.*

(7) Conc. *Tur.c.6.Pac.Jordan.Lucubr.tom.*1.*num.*55.

(8) 2.*Paralip.c.6.*

ſto Crux eſſe debet cùm imagine Crucifixi tanquam ſignum Regis (1).

XV. Canonici, & Clerici, qui concionibus juxta præſcriptum noſtrum intereſſe debent, habitu Clericali interſint, & cætera tunc temporis de jure, vel conſuetudine ſtabilita obſervent.

XVI. Animarum Rectores ad formam Tridentini Decreti (2) Fideles moneant, ut ad Eccleſiam Concionis hora conveniant (3), aſſuetoque æris Campani ſigno utantur; at noctis tempore nullæ habeantur conciones.

XVII. Licet antiquitùs Auditores Sacrarum concionum, uti nunc ad Evangelium, ſtarent (4) hodie tamen omnes ſedere poſſe permiſſum eſt; at caveant ne ſuper altarium ſuppedaneis ſedilia ſibi apponant.

XVIII. Parentes, ac Domini, Filiis, ac Servis in re tàm ſalutari exemplo, ac monitis præire haud negligant, ne tanquam infidelibus deteriores ab Apoſtolo arguantur (5).

XIX. Dum Verbum Dei prædicatur ſtrepitus, ac colloquia ſileant, nec aliquis tunc celebrabit, vel alibi campanas pulſet. Suſpenſis etiam tunc temporis hujus mundi negociis, cœleſtis mercaturæ animæ ſuæ, præſertim Adventùs, & Quadrageſimæ temporibus, unuſquiſque adaperiat officinam.

XX. Ad removendum hujus Civitatis ſcandalum parvæ frequentiæ in audiendo Verbum Dei, Artifices, Mercatores, Caupones, Tabernarii, Laniones, cæteroſque in Domino hortamur, ut conſtitutis illis diebus ſalutis, dum concio habetur, ab operibus manualibus ſe abſtineant, & apothecas claudant; quod ſi ſecùs fecerint ſciant magno nos dolore, devotam Peblem ſcandalo, Sacrum Concionatorem amaritudine ab ipſis affectum iri; unde de his omnibus, & dè non clauſis diverticulis à Verbo Dei, in ſupremo ejus Judicio rationem erunt tremendè reddituri, & noſtro etiam Tribunali pro modo contumaciæ, vel inobſervantiæ.

XXI. Omnes Verbi Dei Sacros Præcones hortamur, ut Quadrageſimali tempore una ſaltem vice de Feſtorum obſervatione, & Sanctificatione locupletem ſermonem habeant; nec non de Piis Suffragiis pro Animabus Purgatorii efficaciter perſuadeant. At cum Eccleſiaſtici omnes, præſertim Concionatores ſobrii eſſe debeant, illis commeſſationes ſcandaloſas quadrageſimali tempore maximè cum Secularibus fie-

(1) *Gau. de Sac. Rit. rit. 20. p. 60.* (2) *Seſſ. 24. de ref. c. 4. §. moneant.*
(3) *Ugolin. de Off. Epiſc. c. 16. §. 3*
(4) *S. Aug. lib. 50. Hunul. 26.* (5) *Tim. 5. 8.*

ri ſolitas, excludimus; Dies enim illos pœnitentiæ, & acceptabile tempus nullis volumus voluptatibus prævaricari.

XXII. Denique dum in Eccleſiam ad Dei Verbum audiendum fit conventus, Mares à Fœminis tela decenti, aut alio modo, ut fieri poterit, ſeparentur.

TIT. V.

De Dierum Feſtorum Obſervatione.

Rerum omnium ſapientiſſimus Creator, ſicut ad obſervantiam præceptorum ejus,& infuſæ ſanctitatis incrementa, unum locum ſancivit, Paradiſum nempe voluptatis, quia in illum homini translato majora contulerat beneficia, licet alioquin ubique coli, & venerari deberet, ac debeat; ita pariter, quamquam omni tempore pro collatis donis ipſi bonorum omnium largitori ſint gratię cum benedictionibus agendæ, quia, nec dies, nec quies, nec momentum quidem ſuis tranſcurrit beneficiis otioſum; Unum tamen præ omnibus diebus ſecrevit, & à cæteris operoſis quiete ſua diſpeſcuit, quem & Sabbatum vocavit, cui etiam benedixit, & ſanctificavit illum, ut nos incommutabilis illa ſapientia exemplo ſuo inſtrueret, & præcepto moneret in uno Hebdomadæ dierum ab operibus humanarum curarum eſſe ceſſandum, & ſolum divinis laudibus, Hymnis, ac benedictionibus vacandum, ut ſic in accepta ſine ullis præcedentibus meritis, neque conditione Naturę, ſed ſola Benignitate ſua, Juſtitiâ magis, magiſque firmaremur; hâc etiam de cauſa, ut opinor, hominem ultimam Creaturarum propè Sabbatum ſexto die formavit, ut intelligeret non ad aliud conditum fuiſſe, niſi ut Factori ſuo pro collatis donis gratiarum vices, & benedictiones rependeret. At licet homo, *cum in honore eſſet non intellexerit* (1), ſed miſerrimè ad totius humani Generis jacturam corruerit, à Sabbati tamen cultu Deus non deſtitit, ſed præcepto firmavit (2) *memento, ut diem Sabbati ſantifices; ſex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, ſeptimo autem die Sabbatum Domini tui eſt*. Neque alium ob finem ejus diei religionem apud Sacras Scripturas frequæntiſſime ſancivit, niſi quia ipſe eſt noſter Santificator: *Loquere Filiis Iſrael, & dices ad eos; videte, ut Sabbatum meum cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me & vos in generationibus veſtris., ut ſciatis quia ego Dominus, qui ſantifico vos* (3).

Quan-

(1) *Pſ.*48.13. (2) *Exodi.*20.8. (3) *Ibidem* 31.13.

Digitized by Google

Quanti vero hanc Sabbati Religionem Altiſſimus fecerit, ex eo liquidò apparet, quod Sabbati prophanatores morte puniendos Clementiſſimus ipſe mandaverit. (1) Veteri tandem lege quoad ritus, & ceremonias ſuas conſumata, Catholica Eccleſia Spiritu S. afflata Sabbati cælebritatem in diem Dominicum (2) transtulit, aliaſque ab initio, & conſequentibus temporibus addidit, poſtea à S. M. Urbano VIII. (3) & ab aliis Summis Pontificibus declaratas.

Sed quantum ingemiſcere oportet! quo Deus Sanctitatem noſtram & laudum hymnos, & benedictiones, nec non publicum ſui cultum inſtituit, eo potiſſimum die licentiæ frœna laxantur, & inter obſtantes Eccleſiæ Paſtores Sacra, prophanaque omnia permiſcentur. Vere omnes hoc etiam pactum tranſgreſſi ſunt ſicut Adam, & in eo prævaricati ſunt in Deum, dum Feſtis præſertim diebus Fidelium Urbes *fiunt Civitates operantium Idolum, & abominationes* (4). Mementote Filii, oves meæ recordamini, Divina diſpenſatione factum eſſe, ut quibus omni tempore Jeſu præcipiente (5) orandum foret, in uno, ſtatoque die tale debitum cogeretur. Erubeſcendum itaque tunc delicta abbundare, quo tempore Divina Gratia ſuperabundat in nobis, & ut converſationem noſtram in Cœlis habeamus, breviſſimi unius diei ſpatio ſuaviſſimè compellit.

His igitùr Sacrarum literarum, & Canonum præceptis (ut infra) inſtituti, dies Feſtos ad Dei, Sanctorumque Laudes devotè celebrandos ſollicitè, & vigilantèr inſtabimus obſervari volentes, & præcipientes, ut Parochi præſertim in hac ſollicitudine, & vigilantia nos adjuvent.

I. Parochi ergò ſollicitè curent, ut Populi ad formam S. Pii V. Conſtitutionis (6), Concilii Tridentini (7), aliorumque decretorum tenorem, hos dies ritè obſervent, ſimùlque doceant eorum obſervantiam conſiſtere in perfecta, ac plenà applicatione ad Divina, & in Religioſa ab omni opere ſervili, ſivè illud mechanicum, ſivè rurale ſit, ceſſatione, atque Sacris meditationibus, precibus, & aliis piis operibus eſſe impendendos, præcipuè autem doceant omnes, his diebus Miſſæ Sacrificio aſſiſtere, ſub peccati pœna lethalis teneri.

II. Inſuperque moneant, ut Miſſæ in Parochiali Eccleſià, hora opportunà, etiam cum cantu, ubi commodè fieri poteſt celebrandæ, devota, & reverenti attentione interſint, atque ut liberi, & famuli idem fa-

(1) *Num.15.33.* (2) *Cap.3. de feriis.*
(3) *Conſt.Vniverſa* 1642. (4) *Oſ.6.* (5) *Luc.8.*
(6) *Conſt.cùm primum in ord. Bull.5.* (7) *De Jejun. & dieb.feſt.ſeſſ.25.de refor.Deut.5.14.Cathechiſ.Rom.5.de feſt.obſer.n.11.& 26.*

faciant, diligentèr procurent, nècnon Verbum Dei ibidem audiant; hortentur prætereà, ut Divinis Officiis, præſertim Veſpertinis aſſiſtant. Sacerdotes verò, & Cappellani, Clericique Eccleſiæ ſervitio obſtricti, intereſſe, vel pſallere teneantur (1).

III. Dùm Miſsa, Officia Divina, doctrina Chriſtiana, vel quæcumque alia Eccleſiaſtica functio peragitur, nulli in Sacra Æde, vel propè ipſam, ſtrepitus, clamores, aùt importunæ confabulationes permittantur (2); Cantilenæ autèm, inſtrumentorum concentus, ſaltationes, luctæ, ſpectacula, circulatorum ineptiæ, & cæteri ludi propè Eccleſiam minimè tolerentur; inordinatas denique compotationes, & taxillorum jactus toto die Feſto prohibemus, ſicùti & comædias in privatis domibus, prædictis diebus, dùm Divina Officia celebrantur, vetamus.

IV. Iiſdem in Feſtis ſervili labore cùm ſit abſtinendum, nos ſpecialiter, opera ruſtica quæcumque, opificia mechanica, quarumvis rerum, & cujuslibet generis vecturas (3), & ſimilia prohibemus, & apothecas tunc clauſas eſſe volumus: avertat autem Deus, nè aliquis in his Nobis fuerit contumaciter inobediens, certè enim ad Eccleſiaſticas Cenſuras contra eum fulminandas amariſſimè nos compellet. Illa tamen excipimus, quibus ad humanam Vitam dietim egemus, hujuſmodi tunc vendi pòſſe permiſſum eſt, ut Sacra Congregatio in una Venuſina (4) reſpondit; ſicut ea etiam, quæ ad infirmorum curationem ſpectant.

V. Prophanæ quævis ceſſent Feſto tempòre negociationes, neque juramenta in contractibus adhibeantur absque Vicariorum Noſtrorum licentià. Inſupèr iiſdem diebus exequutiones non fiant, niſi ſecundum quod jure permiſſum eſt, & mandata civilia ſub pœnà excommunicationis ferendæ ſententiæ, minimè exequantur.

VI. Diem Feſtum verò à media nocte diei præcedentis initium ſumerè, & ad mediam noctem conſequentis finire declaramus. Quibus caſibus permiſſum eſt diebus Feſtis opus aliquod agere, nempè (5) tempore vindemiarum, meſſis, recollectionis fructuum, vel quandocumque aliquid ſimile fieri neceſſitas exigit, aùt pietas ſuadet; tunc à No-

(1) C. *miſſas*, *& C. omnes diſt.* 1. *de conſecr. Trid. ſeſſ.* 22. *decret. de obſerv. & evitand. in celebrat. Miſſ. C. Apoſtolica diſt.* 1. *de conſecr. idem Trid. c.* 4. *ſeſſ.* 24. *de ref. & c.* 2. *diſt.* 3. *de conſecrat.*

(2) *C. irreligioſa diſt.* 3. *de conſecr. c. qui die diſt.* 1. *eodem tit.*

(3) C. 1. *& c. conqueſtus de Feriis.*

(4) *S. Cong. Epiſcop. in Venuſin.* 21. *Juliis* 1600.

(5) *Ut in cap. fin. de fer. l.* 1. 2. *&* 3. *eod. tit.*

à Nobis, vel à Vicario noſtro Generali licentiam petere teneantur.

VIII. Dies Feſtos, quos hìc ſervare mandabimus, etiam exempti (1), & Regulares teneantur obſervare.

IX. Ut autèm omnia præfata inviolatè ſerventur, nec tranſgreſſoribus ignorantiæ excuſatio ſuffragetur, ultra edictum noſtrum, hac de re alias ematum, & inferiùs in Appendice referendum, Parochis præcipimus (2) ut ſingula Feſta de præcepto, ſivè fixa, ſivè mobilia per hebdomadam recurrentia, die Dominico præcedente inter Miſſarum ſolemnia Populo ſignificent; & deindè pridiè cujuslibet Feſtivitatis, ſtatim poſt Angelicam ſalutationem Veſpertinam, Parochialium Campanarum, per aliquod temporis ſpatium ſigno dato, Sacræ ſolemnitatis recordationem excitent, & in Epiphania Domini, Feſta mobilia totius anni intèr Miſſæ celebrationem in Eccleſiis Collegiatis, juxtà formulam Pontificalis Romani (3); ſicuti in hac noſtra Cathedrali obſervatur, ſolemnitèr publicentur, & in aliis Eccleſiis Parochialibus italicè legantur.

T I T. VI.

De Reliquiis Sanctorum.

Veteris, novique Teſtamenti authoritas, Chriſtianæ Religionis primordia, atque laudabilis uſus, Patrum conſenſu, & Conciliorum teſtimonio hactenùs receptus (4) latè ſuadent, Sanctos cum Chriſto regnantes in Cœlis de ſua jam felicitate ſecuros; de noſtra tamen ſalute eſſe ſollicitos, eorumque charitatem, qua vivi flagrabant in proximos, nequaquàm poſt mortem excidiſse, ſed in immenſum auctam, militantis, & triumphantis Eccleſiæ communionem, noſtro omnium beneficio, continere, & nutrire. Enim vero ſciunt illi, quod Pretioſiſſimus Agni Sanguis ad noſtram ſalutem effuſus, licet Hoſpites, & Aduenæ ſimus, dum hìc a Domino peregrinamur, Cives tamen nos fecit (5) eorumdem Sanctorum, & Domeſticos Dei, ut in uno corpore multa membra ſimus, compaginati per

(1) *Conc.Trid.ſeſſ.25.de ref.c.12.* (2) *Cap.pronunciandum diſt. 3. de conſecr.* (3) *Pontif.Rom.p.3.in princ.* (4) *Gen.26.5.Exod. 32.Hier.15.num.1.Job.12.num.12.& alibi.Conc.Calced.in fin.cap.6.& 7. Conc.Trid.ſeſſ.25.de invoc.ven.SS.Cathec.Rom.p.3.c.2. num. 11.*

(5) *Eph.2.19.*

per Fidem Chriſti Jeſu. (1) Sunt enim Fratrum dilectores (2) orantque prò Populo, qui ad Sanctorum congregatur Convivium, eademque qua ipſi olim, in Fide militat, & præſertim cum in accepta Juſtitia, & Pietate innocenter vivit, necnon virtutibus fit laudabilis; hæc enim virtutes veluti ſectanda exèmpla, & viam ſalutis, quam ipſi cucurrerunt adeundam, ſunt nobis à Comprehenſoribus relictæ, ut illorum veſtigiis inhærentes ſequeremur & Gloriam. Fidelis quippe contemplatio, ac omni acceptione digniſsima ut quos Religioſa veneratione (3) proſequimur, ſimili etiam converſatione ſequamur; nam ſi eorum delectamur in Terris devotione, ſublevabimur & patrociniis (4) in Cœlo. Ad quid ergò Sanctis laus noſtra? ad quid (5) glorificatio? quò eis præconia noſtra? pleni ſunt, bonorum noſtrorum Beati non egent, nec quidquam eis noſtra pia induſtriâ præſtatur. Quod ergo eorum memoriam colimus, ut apùd patientiſsimum Dominum, qui non iraſcitur per ſingulos dies, gemitus noſtri accepti ſint, noſtra (6) intereſt, non ipſorum. Quà de re dignum eſt, ut quod de illorum invocatione ac cultu a Catholica Eccleſia ſtatutum legitur, fidei & pietatis ſtudio cuſtodiamus, ut quorum opem noſtris in neceſsitatibus religiosè imploramus, eorundem monita Sanctè recolamus, atque etiam Sacra Oſſa & Reliquias, quin & ipſorum cineres, ac per quæ paſsi ſunt inſtrumenta veneremur. Decenti itaque cultu theſauros hos adſervari mandamus, eorumque locus Eccleſia perpetuò eſſe debet, ubi, juxta noſtræ Viſitationis præcepta, in thecis argenteis, aut ſaltem ligneis affabrè depictis, & deauratis, Sacræ Reliquiæ incluſæ cuſtodiantur ex per lucida chriſtallo, aut vitro mundo, & integro in ſuis Capſulis ſeparatim a parte anteriori contectæ, proprioque Sancti Divi Nomine cuilibet inſcripto: thecæ autem ſericis velis, coloris ad ritum coopertæ, in Eccleſia, Sacriſtia, vel armario reponantur.

II. Quæ earum autèm, ſub Altaribus, aliiſq; ſubterraneis locis conditæ manent, locum effodi, vel aperiri abſque noſtrà licentià proſſus vetamus.

III. Dictæ Sanctorum Reliquiæ nunquàm ex Reliquiariis extrahantur, nec ad ægrotos abſque noſtra licentia deferantur, & in privatis ædibus illæ non adſerventur, eaſdem verò ſecum geſtare periculoſa res eſt, ob humanam noſtram fragilitatem.

IV. A.

(1) *Rom.* 12. 5. (2) *Maccab.* 15. 14.
(3) *S. Bernard. ſerm.* 2. *de feſto omnium SS.*
(4) *Ibidem.* (5) *Idem ſerm.* 5. *de eodem feſto c. Med.*
(6) *Idem D. Bernard.*

Digitized by Google

IV. A Laicis hominibus, nec à Sacris quidem Monialibus pertractentur (1), etiam ſi in ſuis capſulis maneant incluſæ.

V. Si in Eccleſiâ Corpus Sancti ejuſdem Eccleſiæ, vel Civitatis Patroni, aut Corporis inſignis pars ſit, antè illud lampas perpetuò luceat.

VI. Cùm dictæ Sacræ Reliquiæ de loco in locum ad altare perferuntur, aùt Populo oſtenduntur, vel aliò traſportantur, qui eas præfert, Pluviali, aut ſaltèm Cotta ſit indutus, & a Clericis binæ faces ante ferantur; neque ad inſpiciendum aliâ ratione, niſi devotionis cauſsâ, proponantur.

VII. Nemini etiam tàm Seculari, quàm Regulari, Sacras ejuſmodi Reliquias ab unâ Eccleſiâ ad aliam, vel aliò transferre liceat, aut cuivis perſonæ illas, vel illarum particulas tradere, ſub excomunicationis pœna ipſo facto incurrenda ex Gregorii XIII. Conſtitutione.

VIII. Quùm Catholica Fides ſummæ veritati nitatur, omnemque mendacii, & falſitatis ſuſpicionem reſpuat, Sacras Reliquias authenticò ſigno adſervari debere jubemus; ideòque illas, quarum identitas non probatur, ſuſpendimus.

IX. Ne autem Reliquiarum, quæ probatâ Scripturâ detinentur, memoria deperdatur, curabunt Eccleſiarum Rectores earum Catalogum texere, aut jam factum, ritè in Eccleſiæ quiſque ſuæ Archivo adſervare.

X. Novas verò Reliquias in poſterum abſque authenticis à nobis, vel Vicario noſtro Generali factis exponere, nèmo in hac noſtra Diœceſi præſumat (2).

XI. Parochi, & Concionatores capta ſæpiùs occaſione, Fideles ad Sanctarum Reliquiarum venerationem excitare ſatagant, ut quotiès earum Sacra lipſana adeunt, aùt expoſita viderint, æternitatis hæc ſemina eſſe (3) intelligant, eorundemque exemplo Sanctorum edificant, vitam etiam ipsam pro Domino effundere, ac benè vivere.

XII. Tempus denique ſolitum cuicumque Eccleſiæ exponendi Reliquias ad illorum cultum, dummodò aſſuetis honoribus id fiat, non vetamus.

TI-

(1) *Synod. Reatin. ſub Ep. Hip. Vincent. pag. 97.*
(2) *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de invocat. venerat. S S., & Sacr. Imag.*
(3) *S. Aug. ſerm. 47. de Sanct. S. Ambroſ. ſerm. 93. de SS. Nazar & Celſo.*

TIT. VII.

De Sacris Imaginibus;

AUreos Cherubim ſuper arcam fæderis: ſerpentem æneum in ligno exaltatum (1) & omnia, quæ ſub figuris contingebant, in lege formari Dominus præcepit. Idem verò, qui Imago eſt Dei inviſibilis, & figura ſubſtantiæ ejus (2) fideles in patria gloriam ſuam ſpeculantes; in eandem Imaginem transformat, & nos omnes videntes per ſpeculum (3) in enigmate, ex viſibilibus in inviſibilium charitatem rapit.

I. Itaque opportunè à Parochis, & Sacris Præconibus iidem fideles moneantur, in Sanctorum Imaginibus haud ineſſe aliquam Divinitatem, vel virtutem, cujus cauſà illæ colendæ ſint; Sed adorationem ad ipſos referendam eſſe, quorum illæ ſimilitudinem gerunt.

II. Antequam Imagines publicè in Eccleſiis prima vice exponantur, à Nobis, vel Vicario noſtro inſpici debent, ne inhoneſtà, & procaci forma ſint, & à Sacrarum literarum doctrinà, vel ab Eccleſiaſticis traditionibus diſſentiant; ne quid præpoſterum abſurdum, & ſimilia ſcandalosè contineant; ſecùs verò facientes arbitrio noſtro punientur, & Parochi nos de iis certiores facere curabunt. Contrà inobedientes, pœnas etiam conſtitutionis Urbani VIII. (4) infligemus.

III. Sanctiſſimæ Crucis ſignum, aliæque Sacræ imagines non ſculpantur humi, ubi pedibus conculcari poſſint, nec in locis ſordidis, ac turpibus, neve in vexillis tabernarum (5) habeantur.

IV. Ceræ Imagines à Summis Pontificibus conſecratæ, quas Agnus Dei à figurà impreſſà nominamus, magnà devotione geſtentur, à nemine niſi Sacris initiato tangantur, & domi aſſervandæ decenti loco condantur; ſub excommunicationis vero pœna ipſo facto ſubeunda nemo illas vendere audeat.

V. Nova miracula minimè admittantur; neque à Regularibus, aut quibuſuis exemptis, ſine recognitione, & approbatione noſtra publicentur, habito conſilio inſignium Virorum, necnon factis priùs ſoli-

(1) *Exod. 25. num. 21.* (2) *Sap. 7. 26., ad Hab. 1. 3.*
(3) 1. *Cor.* 13. 12. (4) *Roma* 15. *Martii* 1642. (5) *Sac. Cong. Epiſcop. in una Venet.* 22. *Maii* 1596. *extat lex unica Ced. nemini licere ſign. ſalu. Act. Eccleſ. Mediolanen. ac inſtruct. fabric. ex* Conc. *prov.* 3.

ſolitis probationibus; undè in hiſce caſibus Eccleſiarum Rectores piè turbas divertant, & concurſum arceant, &, ſi aliter nequeant id facere, Eccleſiæ fores obſerent, donèc recognita diligenter, quæ pro Dei Gloria, & Sanctorum honore agenda ſint, in Domino ſtatuamus. Interim omnis vana ſuperſtitio, ac turpis quæſtus ſub pæna interdicti, & ſuſpenſionis omninò amoveatur.

VI. Defunctorum Imaginibus, qui hominum fama Martyrii, aut Sanctitatis opinione objerunt, nullam volumus venerationem, & cultum haberi, nec in Oratoriis, aut locis publicis, ſeù privatis, vel in Eccleſiis Secularibus, & Regularibus exponi, antequam illi ab Apoſtolica Romana Sede canonizentur: & ſi quæ appoſitæ ſint, amoveantur?

VII. Ad horum hominum Sepulcra tabellas, atque Imagines ex cera, aut argento ſeu quacumque materia pictas, atque Sculptas affigi, & lampades, vel luminaria accendi abſque dictæ Apoſtolicæ Sedis approbatione vetamus; iis tamèn exceptis, quæ aut per cōmunem Eccleſiæ conſenſum, vel per immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, Virorumque Scripta, vel per longiſſimi temporis Scientiam, & cultum, ac tolerantiam Sedis Apoſtolicæ, vel Noſtræ coluntur.

TIT. VIII.

De Jejuniis, & Indulgentiis.

SAcrum Jejunium certis diebus, & anni temporibus Salubriter ab Eccleſia inſtitutum obſervari oportet, *ut Corpus in ſervitutem redigatur, in quo habitat* (1) *peccatum*, & caſtigetur (2), ſicuti inter cæteros Ninivitæ, aliique in veteri, atque novo pii homines teſtamento expleverunt. Sub mortiferi ergò peccati pæna ab omnibus vigeſimum primum ætatis annum egreſſis, id obſervari debere, eadem Orthodoxa Sedes præcipit, ut Jejunio mortificati, Sanctorumque ex theſauris Indulgentias lucrando, omnes juvemur.

I. Quaproptèr ne ob Jejuniorum ignorantiam neceſſaria Eccleſiæ obedientia negligatur, Parochi omnes, necnon Cappellani Rurales (3) Vigilias per annum occurrentes, & quatuor anni tempora diebus Dominicis præcedentibus, intèr Miſsæ Celebrationem enuncient, moneantque quadrageſimale tempus, obſequiis, pietate, exemplo, boniſ-

D que

(1) *Rom.* 7.17. (2) *Ad Cor.* 9.27. (3) *Cap.* 1. *diſt.* 3. *de Conſecr. c.* 2. *de obſer. jeiun. diſt.* 76. *c. denique diſt.* 4.

que moribus quoque Sacrificandum eſſe, & dicant: nec jejunare tantum ſufficere ad Dei opem implorandam, niſi etiam eidem Jejunio corporis caſtigatio, & bona opera copulentur, ut dum ab alimentis Caro abſtinet, mens pariter a culpa Jejunet; generale quippe Jejunium eſt ab iniquitatibus, Sordibuſque illicitis abſtinere.

II. Iidem Parochi Veſpere Jejunii die præcedente Campanæ Signum dari curent, ne incautè, vel per incuriam ab ullo frangatur.

III. Media autem nocte antè diem cinerum per continuam Semihoram Campana major hujus noſtræ Cathedralis, & alia omnium Eccleſiarum Parochialium pulſetur, itaut in fine Sonitus, Quadrageſimale Jejunium incipiat.

IV. Ex tunc nemo circumire perſonatus, choreas agere, & conſueta alia vanorum hominum deliramenta, ſivè ſcurras, circulatores, ſcurrilitates ſequi audeat, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ.

V. Dies Jejuniorum ab Eccleſia ſtatutos, diligenter volumus obſervari, & feria ſexta, ac Sabbato per totum annum uſus Carnis (1) interdicimus. Eodem verò Vigiliarum, & Jejuniorum tempore, cibos vetitos publicè exponi, vendi, emi prohibemus, & ad uſum infirmorum tantum neceſſarii clam deferantur; ideòque Medicorum conſcientias coram Deo oneramus, quorum teſtimonia Vicario Noſtro Generali in hac Urbe, & extra Vicariis Foraneis, vel Parochis ſub pæna fractionis Jejunii exhibenda eſſe decernimus.

VI. Quadrageſimali etiam tempore ne fideles a pænitentiis abſtrahantur, comædias (2) ſub pœna excomunicationis contra actores, & aſſiſtentes prohibemus. Publicos verò alearum, & taxillorum eo Sacrato tempore luſores juxta Canonicas Sanctiones puniemus.

VII. Adventus Domini tempus ſumma veneratione colatur, illudque Parochi per Fideles debita devotione venerari ſeriò inſinuent.

VIII. Inexhauſtus meritorum Chriſti, Beatiſſimæ Virginis, aliorumque Sanctorum theſaurus per benignitatem ejuſdem Salvatoris Noſtri, ſic ab Eccleſia in ſalutem Fidelium diſpenſatur, ut non ſolum per ea, culpæ reatus, & pœna æterna peccatis debita in Sacramento Pænitentiæ remittatur, ſed etiam temporalis eorumdem peccatorum poſt Sacramentalem Confeſſionem inflicta, & debita caſtiga-

(1) *C. jejunia C. Sabbatho diſt.3. de Conſecr. C. quia dies diſt.1. de Conſecr.* (2) *Conc. Trid. Seſs. 15. c. 5. de Panit. c. denique d.4. c. jeiunium diſt.76. Conc.Trid. Seſſ.25. de delect. cibor. jeiun. &c.*

ſtigatio per Eccleſiæ Indulgentiam in opera facilioris exequutionis commutata, aut minuitur, aut plenè condonatur. Parochi ergò plebem ipſis commiſſam de tanto acquirendo bono ſæpè inſtruant, doceantque tamen ſacras haſce Indulgentias non eſse debere cauſsas morum relaxationis, ſed converſionis. Inſinuent etiam opportuno tempore, quæ & quanta ad illas lucrandas requirantur; & harum diplomata jam publicata perpetuò valitura Nobis recognoſcenda tradantur, aut noviter obtenta (1) abſque Noſtrà licentià publicari vetamus, & quæ probata ſunt, in Archivo diligenter adſerventur.

T I T. IX.

De Proceſſionibus.

INfallibilis Catholica Eccleſia à Spiritu-Sancto edocta ſolemnem ſupplicationum, Litaniarum, atque Proceſſionum pium uſum ab ipſo ſui exordio inſtituit, atque laudavit, inque præſentem diem à fidelibus retineri commendat; nedum proptèr pericula continuò imminentia ob ſcelera noſtra, neceſſitates publicas, & privatas continenter urgentes, vel beneficia, quibus a Domino quotidiè cumulamur, ſed etiam veteris, novique Teſtamenti exemplis (2) edocta. Nam apud Deum libentiùs approbantur laudes plurium, concomitantes excipiuntur turbæ, unde religioſa exquirit pietas, ut omnis Congregatio (3) Populi ſperans adjutorium à Domino, coram illo devotè corda effundat. Ut verò confuſio evitetur in multitudine, & Eccleſia tanquam acies ordinata (4) procedat, hæc in Proceſſionibus ſervari mandamus.

I. In illis peragendis omnis prorsùs adhibeatur modeſtia, nec probatiſſimus colendi, placandi, ac exorandi Deum mos laudabiliter obſervatus in hac noſtra Civitate, ac Diœceſi ceſſet, ſive ulla profanà fæditate deturpetur.

II. Clerici decenter, & magna qua poterunt ædificatione, oculis demiſſis procedant; & Confratres Seculares, id etiam explere ſatagant.

 III. No-

(1) *cit.* Conc. *Trid.* (2) *Reg.* 7. 2. *Reg.* 6. *& alibi ubi ſit ſermo de Arca, Baron. ad Martyrol. Rom.* 25. *Apr. in annal. ann. D.* 58. *Conc. Brachanenſe* 3. *ann. Dom.* 675. (3) *Pſal.* 61. 9. *&* 7. 11.
(4) *Cant.* 6. 3. 9.

III. Nocturno tempore proceſsiones, in quibus ſcandala oriri, experientia docet; omninò prohibemus, ſed novas abſque noſtra vel Vicarii Generalis licentiâ publicas, vel privatas vetamus.

IV. Regulares autem intrà Clauſtri ambitum, aut circa Eccleſiarum ſuarum dumtaxat muros, proceſsiones ſuas ducant.

V. Ab omnibus hiſce Sacris Functionibus, In quibus mortificatio interna, & externa cum humilitate requiritur, repreſentationum, ſpectaculorum, ſeù nova inventa, ſeu veteres abuſus, & maximè Sacrarum veſtium geſtationes ſub eadem pœna penitùs arceantur.

VI. In dictis Proceſsionibus ex Eccleſiæ more, aut ob publicam cauſam à nobis indicendis, meminerint earum Clerici omnes, tàm in minoribus, quàm in majoribus ordinum gradibus conſtituti, talarem veſtem, mundum ſuperpelliceum, & biretum tantum deferre, non vero pileum, neque pallium niſi pluvia, aut ventorumvis in hac Civitate frequentiſsima, aeriſque inclementia, aliter permittendum perſuaſerint: Chirothæcas tamen, aut flores manu geſtari omninò prohibemus.

VII. Iidem etiam Regulares; juxtà Sacro-Sancti Concilii decreta (1) Sacrarum Congregationum reſponſa, & reiterata reſcripta, interſint, maximè quandò fiunt ſolemniores proceſsiones, vel pro bonopublico, & quò ad Patres Ordinis Prædicatorum obſerventur eorum privilegia in hac Diœceſi, nec non Sanctiſsimi Domini Noſtri Conſtitutio (2).

VIII. Item intereſſe debent quicumque Sodalitatùm Confratres, & Priores Saccos talares geſtantes, cum ſuis quique Crucibus, vexillis, ſeu labaris; caveant tamèn arma ullius generis clàm, vel palàm geſtare, ſub pœna interdicti ab ea, in qua adſcripti fuerint, ſodalitate, vel etiàm excommunicationis, ſi opus fuerit, quod ſi hæc ad eorum emendationem non ſuffecerint, tanquam ſcandaloſa membra, ne totum Confraternitatis corpus inficiant, ab eo perpetuo reſcindentur.

IX. Monemus etiam ut Confraternitatum jurgia ad nos ſtatim deferantur quò placidè, & amicabiliter, ſicut in Domino ſpes noſtra èſt, ea componamus; in refractàrios vero prout de jure procedemus.

X. Contentiones de primatu inter regulares dum proceſsiones fiunt, opportuno tempore ad nos etiam decidendi gratia deferantur, ne tempore proceſsionum ſcandala oriantur (3) ut Gregorius XIII.

etiam

(1) *Seſſ.25.c.13.de Reg.S.Cong.Conc.in Interamnen.* 18. *M. Auguſ.* 1663.*Synod.Sublacen.ibid.* (2) *Romæ edita* 1727.*die* 26.*April.*

(3) *Conc.Trid.ibid.ſeſſ.*25.*c.*13.

etiam (1) providit, & interim fiant conſuetæ coram Teſtibus proteſtationes ad ſalvanda partium jura.

XI. Hora jam intimata ad proceſsiones explendas, omnes ad ſolitum locum promptè accedant, & hora prima noctis, vel antè, poſt ſalutationem Angelicam eamdem ob cauſſam Campanæ pulſentur.

XII. Viæ per quas proceſsionibus tranſeundum erit; à vicinis eas incolentibus verrantur, & abſterſæ ſordes è dictis viis amoveantur.

XIII. Monemus etiam ut claudantur opificum officinæ, quò uſque proceſsio, etiam ſi ferialis dies ſit, è conſpectu abjerit.

XIV. Statuta, conſuetudines, & alia ſolita obſervari, quotiès abuſus non ſint, minimè perturbentur; & prælibata, aliaque uberiùs in proceſsione Sanctiſsimi Corporis Chriſti, ut par eſt debità veneratione ſerventur.

XV. Demum inter proceſsiones cauponarum uſus, commeſſationes, & alia ſcandala omninò arceantur, & quæ dicta ſunt ſub pœnis ut ſupra inflictis aliiſque infligendis obſerventur.

PARS

(1) *Ex Bull. incipien. expoſcit.*

Digitized by Google

PARS SECUNDA

De Sacramentis.

TITULUS I.

De Sacramentorum adminiſtratione, & Receptione.

QUoniam ex aperto Chriſti Latere, verè de vivo Fonte, ac magnà miſericordiarum abiſſo, non minus *Sanguis, & aqua exivit*, (1) quàm in uberrimum humani Generis adjutorium, & copioſæ Redemptionis noſtræ pretium, Sacramenta fluxerunt: quoniam etiàm per hujuſmodi Gratiarum cariſmata, ne dum *maxima, & pratioſa nobis promiſſa donavit: ut per hæc efficiamini Divinæ Conſortis Naturæ* (2) verùm, & ipſi Gratiæ Largitores Jeſus Chriſtus, & Spiritus-Sanctus in pignus futuræ Gloriæ nobis dantur; operæ pretium erit. Tam admirabilem Divinæ Pietatis condeſcenſum, ea qua decet ab omni inquinamento munditia, & ſuſcipere, & adminiſtrare; ne ſi ſecùs fecerimus, ipſi miſericordiæ Dei obices ſimus, & gratiarum fluenta detineamus, *reddentes mala pro bonis ſterilitatem animæ ejus* (3).

I. Nè igitur Diſpenſatores, & participes Miſteriorum Dei in tantam incidant perditionem, & perdatur Chriſti Sanguinis ſalutaris utilitas, dum Sacramenta à pollutis Adminiſtris pollutis Fidelibus miniſtrantur, curent utrique, ne ipſi nequam ſint, quia utriſque Deus bonus eſt; ſed cordis affectu, & conſcientiæ reatu purgatis cum timore, ac tremore diſpenſatores ad miniſtrandum, participes ad recipiendum accedant.

II. Licèt verò lethalis Adminiſtrorum culpa nulli Sacramentorum obſit, quia opus Dei humana iniquitas imperficere non valet; Sciant tamen Diſpenſatores Miſteriorum Dei, quod ſi in mortali culpa miniſtraverint, quamquam cætera, quæ ad Sacramenti ſubſtantiam,

(1) *Ro.* 19. 34. (2) *Pet.* 2. 1. *cap.* 4.
(3) *Pſ.* 34. 12.

tiam, validitatem, & ritualem adminiſtrationem requiruntur, debita attentione apponant, a Sacrilegio tamen non eſſe immunes; *juſtos enim* inquit Auguſtinus (1) *oportet eſſe tanti Judicis Miniſtros, ſi miniſtrare juſtè voluerint*. Quod Theologico ratiocinio explicans S.Thomas (2) dicit; *conveniens eſt, ut Sacramentorum Miniſtri ſint juſti, quia Miniſtri debent Domino conformari ſecundum illud Levitici 19. Sancti eritis, quoniam Ego Sanctus ſum; Mundamini igitur, qui fertis vaſa Domini* (3); *& omni cordis puritate, ac ſanctitate præfulgete. Chriſti bonus odor ſitis in omni loco* (4) exemplo, gravitate, probitate fidelium animas trahite, ut ſic *poſt vos in odorem unguentorum Chriſti percurrant* (5).

III. Sed quoniam animæ candor, morum probitas, & juxta Sacramentorum adminiſtratio *eſt datum optimum, & Donum præfectum deſurſum deſcendens à Patre luminum* (6) ideo, qui ad hujuſmodi adminiſtrationem, animarum curam, Parochiales & Curatas Eccleſias promoventur, meditationibus, orationibus, obſecrationibus, exercitiis Spiritualibus, omnibuſque pietatis operibus enixè, & affatim a Domino tantam benignitatem, ſicut, & ſpiritum ſapientiæ, & intelligentiæ, fortitudinis, & timoris Dei, ut conſequantur exorent.

IV. Quod ſi fortè aliquando (quod Deus avertat) per humanam frangilitatem graviori labe ſe coinquinaverint, ad Pœnitentiæ lavacrum ſtatim recurrant; nè dum aliis ſecundam porrigunt poſt naufragium tabulam, pejus ipſi naufragium faciant.

V. Sacros Ritus, & ea, quæ in Rituali Romano decreta, & publicata ſunt pro Sacramentorum adminiſtratione, apprimè calleant, & pariter Sacramentorum virtutes, effectus; & Dignitatem, nec non ſignificationes, & Miſteria, quæ in Ceremoniis continentur, ut ſtatutis diebus, vel aliis, cum opus fuerit, ea valeant explicare ad excitandam majorem venerationem in animis Fidelium.

VI. Parochi ſub pœna arbitrio noſtro reſervata Rituale Romanum apud ſe habeant. Ex hoc libro, & non memoriter in adminiſtratione Sacramentorum formas, & preces attentè, ac devotè proferant, ne memoriæ fidentes memoriâ labantur Sacramentorum formæ, vel mora, vel corruptione, vel tranſmutatione verborum corrumpantur.

VII. Ad

(1) *L. 2. contra Parmen c.* 10.
(2) *3. p. qu.64. art.6.* (3) *Iſa.* 52. 11.
(4) *2. ad Cor. cap.* 2. 15. (5) *Cant.* 1. 3.
(6) *Jac. cap.* 1. 17.

Digitized by Google

VII. Ad Sacramenta miniſtranda vocati prompti, alacres abſque mora accurrant, nam hilarem datorem diligit Deus, & ſi contrarium fecerint, graviſſimis pœnis arbitrio noſtro punientur. Caveant ne propter Sacramenta aliquid poſtulent, aut exigant (1); quod ſi pia Eleemoſyna, vel oblatio, modicumque aliquod ſponte tradatur, admitti, præterquàm in Sacramento Pœnitentiæ Sacerdotali tamèn gravitate, ac temporalium neglectu, toleramus.

VIII. Sacramenta, & Sacramentalia ſub clavibus cuſtodiantur, & ſi eorum dolo, aut negligentia illis abuti per nefarios ſortilegos, & ſacrilegos, quandoque contingerit, graviſſimis arbitratu noſtro pœnis plectendos eſſe noverint, impiique abutentes, excommunicationem ipſo facto incurrant (a).

IX. Extra Eccleſiam, infirmis exceptis; illa non miniſtrent, caveantque infrequentia Sacramentorum a dæmonis inſidiis præſertim in illis, qui peccatorum conſuetudines non ſuperant (2), ac vitæ emendationem minimè reportant, Filiumque Dei rursùs Crucifigentes, Spiritui gratiæ contumeliam faciunt.

X. Moneantur denique Sacramenta ſuſcepturi, ut etiam externo corporis habitu, intimam cordis venerationem præferant, ut mulieres modeſtè ornatæ, & viri humiliter ad Domini myſteria accedant.

TIT. II.

De Sacramento Baptiſmi.

PRoptèr nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus, qui regeneravit nos in ſpem vivam per Crucem, & Paſſionem ſuam, & Glorioſam Reſurrectionem ex mortuis deglutiens (3) mortem, quæ fecerat nos mortuos peccatis, per regenerationis etiam lavacrum convivificavit homines, & conreſuſcitavit in gratia Chriſti. Hinc Baptiſmus janua omnium Sacramentorum primitia gratiarum, prima meritorum Chriſti applicatio, cœlos aperiens eſt ad ſalutem neceſſarius, dicente Domino (4): *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spi-*

(1) *Can. baptizandis diſt. 99. & ſeqq. qu. 1.*
(2) *Cathec. Rom. p. 1. cap. 11. §. 12.*
(3) *Epheſ. 2. 4.*
(4) *Joan. 3. 5.* (a) *Abutentes Sacramentis, vel Sacramentalibus in Excommunicationem ipſo facto incidunt.*

Spiritu-Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei; Idcircò noſtri officii ratio poſtulat; ut quæ circa ipſum Parochi rectè ſcire, & in ejus adminiſtratione ritè ſervare debeant, hic decernamus.

I. Doceant primò hujus Sacramenti facilitatem, dùm quilibet Eccleſiaſticus, & Laicus, mas, fœmina, fidelis, & infidelis (1) validè baptizant.

II. Secundò noverint materiam hujus Sacramenti eſſe aquam puram, naturalem, ſeù elementarem, quæ quidem aqua, præterquàm in caſu neceſſitatis debet eſſe benedicta in Sabato Paſchatis, vel Pentecoſtes.

III. Ad hanc verò benedictionem conveniant cæteri Parochi, qui eodem fonte utuntur, atque etiam Cappellani, & alii Parochiæ Sacerdotes, & Clerici.

IV. Illam autem aquam Sacris Ritibus benedictam diligentiſſimè cuſtodiri jubemus, & quæ circa Sacros Fontes, & baptiſteria, in noſtra primà Viſitatione præſcripſimus, obſervari quoque volumus; nempè ut fons lapideus ſit, vel ex alia ſimiliter ſolida materia cum concavitatibus de more; quod ſit in eodem Fontis lapide Sacrarium etiàm de more, in quibus ciborium ligneum decore fabrè factum exiſtat, unà cum vaſculis argenteis oleorum Sacrorum Chriſmatis, & Cathecumenorum cum ſuis inſcriptionibus.

V. Hæc autem Sacra olea ſingulis annis in Paſchate mutentur, repetitis novis ex noſtrà Cathedrali Eccleſià Sancti Andreæ Apoſtoli, miſſa hùc Capſula obſerata per Sacerdotem, aut ſaltem per Clericum in Sacris conſtitutum (2); in qùa vaſcula ſtamnea includantur, àtque etiam clavi ſeparatim ad Archipresbyteros, vel ad alios ad quos ſolitum eſt illam dirigi, eadem capſula dirigatur.

VI. Vetera olea comburantur, & cineres in Sacrarium projiciantur.

VII. In eodem ciborio ſervetur cochlear argenteum ad fundendam in caput baptizandi aquam. Sit quoque vas cum ſale benedicto, & linteamina ad detergendum ejuſdem caput non deſint, omnia denique vaſcula dicta integra, & munda, nullique alteri uſui inſeruire præcipimus.

VIII. Tabernaculum, ſive ciborium decenti velo, ſeu conopæo veſtiatur, & in ejus ſummitate ſit Sancti Joannis Baptiſtæ Chriſtum baptizantis parva ſtatua, aut certè Imago, vel in muro depicta, aut eidem adhærens;

E XI. No-

(1) *Cathec. Rom. Bapt. §. 12. Act. Eccleſ. Mediol. Conc. prov. 5. & moraliſta paſſim.* (2) *C. Presbyteri & C. omni tempore diſt. 4. de Conſecr.*

IX. Noverint ipſi Parochi, alioſque doceant formam legitimam hujus Sacramenti, à Chriſto Domino præſcriptam (1), & neceſſariò adhibendam eſſe hanc: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-Sancti*; & alii Ritus ex Rituali Romano ſub hoc titulo præſcripti, omninò ſerventur.

X. Baptizandis autem caveant Parochi ne prophana, fabuloſa, vel impiorum ethnicorum nomina imponantur, quorum aliqua occaſione noſtræ Viſitationis in Sacramento confirmationis à nobis expleto, pluriès reprobavimus, ac alia Sanctorum nomina, ut idem Parochi in Baptiſmo faciant, confirmandis impoſuimus.

XI. Iidem Parochi hortentur adultos, Sanctorum devotiſſimos eſſe, quorum nomina retinent, nàm hi eorumdem ſunt præcipui dilectores, & apud Deum Advocati, & ob Baptiſmi lavacrum unuſquiſque Sancti illius cujus nomine ſignatur, anniverſarium diem piis operibus celebret, quod Parochi aliquandò ab omnibus fieri, monitionibus, & conſiliis curent.

XII. Legitimus Miniſter hujus Sacramenti eſt proprius Parochus, vel de ejus licentiâ, aut certè Ordinarii etiam alienus, & quicumque Sacerdos. Quoties verò neceſſitas urget, quilibet eſſe poteſt Baptiſmi Miniſter, qui ritè applicando materiam, & formam, intentionem habeat faciendi quod facit Eccleſia; cætera vero quæ circa hoc ſunt neceſſaria, juxta Ritualis Romani præſcriptum obſerventur.

XIII. Obſtetrices, quæ ſæpè ob pericula Infantes baptizant, approbatæ eſſe debeant; undè frequenter à Parochis examinentur, & plenè de Baptiſmi forma, aliiſque neceſſariis inſtruantur; ſub pœnis contra inobedientes arbitrio noſtro relaxandis. Dictæ autem obſtetrices Venuſii ad hunc effectum, ſemel in anno Vicario noſtro Generali, in Diœceſi verò Vicariis Foraneis ſe præſentent, & approbationem ſuper prædictis in ſcriptis gratis dandam teneantur accipere: Secus autem facientes, ultra cenſuras, quas erimus in eas irrogaturi, aliis etiam pœnis, adhuc per auxilium brachii Sæcularis, quatenus opus fuerit puniemus; ſciant interim, & conſiderent majoris neceſſitatis eſſe baptiſmum pro infantibus in periculo, vel articulo mortis conſtitutis, quam cathechiſmus pueris baptizatis. Porro à Patrini, vel ſuſceptoris munere fidei rudimenta ignorantes rejecimus ſuprà p. 1. cap. *3. §. 6.*

XIV. Caveant Parochi, ne quidquam petere, vel exigere audeant pro (2) hujus Sacramenti adminiſtratione. Et ſiquem eorum

culpa

(1) *Matth.* 28. 19. (2) *C. baptizandis* 1. *quaſt.* 1. *C. quacumque diſt.* 4. *de Conſecr.*

culpa ſine baptiſmo mortuum eſſe conſtiterit, quibuſcumque non obſtantibus excuſationibus, deponentur.

XV. Miniſter hujus Sacramenti cum baptizato ejuſque Patre, & Matre Spirituali Cognatione devincitur. Pater autèm, vel Mater baptizantes propriam prolem in mortis articulo (1), quandò non reperitur aliu, qui baptizet, nullam contrahunt cognationem, quæ matrimonii uſum impediat.

XVI. Patrini Fidei rudimenta callere debent, ad quod munus non recipiantur Mares, niſi completo decimo quarto ætatis anno, & fœminæ nondum completo duodecimo, neque non confirmati, ipſius baptizandi Parentes, notoriè excommunicati, interdicti (2), non confeſſi, nec Sacra comunione refecti in proximo Paſchate, aut infames; denique quicumque Regulares utriuſque ſexus (3), & Clerici etiam in Sacris ſine noſtra ſpeciali licentià ſub gravibus pœnis arbitrio noſtro infligendis.

XVII. Patrinis Parochi inſinuent obligationem eos, quos de Sacro Fonte ſuſcipiunt in Catholica Fide,& bonis moribus inſtruendis,& præſertim ſi eorũ Parentes id facere,vel negligentia omiſerint,vel morte, vel alio caſu præpediti nequiverint.Attamèn unus tantum,ſive vir, ſive mulier, juxtà Sacrorum Canonum inſtituta, vel ad ſummum unus, & una baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant, inter quos, ac baptizatum ipſum, & illius Patrem, & Matrem, nec non (4) inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique Patrem, & Matrem tantùm Spiritualis cognatio contrahitur, de quibus Parochus Patrinos etiam inſtruat, & in libro eorum nomina, ſicut & baptizati, ejuſque Patris, & Matris cum cognominibus, ac Patrino deſcribat. Si autem Parochorum culpa, & negligentia ſecùs factum fuerit, arbitrio quoque (5) noſtro iidem punientur, necnon pœna ducatorum viginti locis Piis &c.

XVIII. Denique precationes, ritus, & ceremonias, quæ ex Apoſtolicà traditione approbatæ ad ſolemnitatem hujus Sacramenti pertinent, omittere, niſi (6) neceſſitatis cauſſa non licet.

XIX. Monemus etiam omnes ne ultra tres dies infantium recens natorum Baptiſmus differatur, quinimmo citiùs mortis periculo imminente conferatur.

(1) *C. ad limina 30. queſt. 1.* (2) *C. non licet de Conſ. diſt. 4.*
(3) *D. Can. non licet & C. Monachi de Conſ. diſt. 4.*
(4) *Conc. Trid. cap. 2. ſeſſ. 24. de refor.*
(5) *Ibid. in fin.* (6) *Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 13. de Sacr. in genere Ritual. Roman. de hoc Sacramento in princip.*

XX. Infantem, antè expletum annum Parentes in lecto non retineant, vel ſi aliter neceſſitatis ratio poſtulaverit, retineant cum repagulo, aut ſimili cautione ſub reatù peccati nobis reſervati, & ſequuta ſuffocatione ſub pœnà excommunicationis ipſo facto incurrendæ nobis pariter reſervatæ.

XXI. Mulieres poſt partum cum primùm è domo exierint, ad Eccleſiam ſe conferant, ubi gratias Deo acturæ, benedictionem à Parocho recipiant.

T I T. III.

De Sacramento Confirmationis.

Licèt per Sacramentum Baptiſmi, domeſtici Dei facti ſimus & Deus Spiritu Sancto miſſo de Cœlo nos mundaverit lavacro (1) aquæ in verbo vitæ, abjectiſque operibus (2) tenebrarum, colluctari debeamus adversùs carnem, & ſanguinem, & Principes tenebrarum; Attamen idem Redemptor Noſter Sacramentorum omnium Auctor, (3) virtute nos ob hanc luctam ex alto corroboraturus Sacro Chriſmate, tanquàm Spirituales Athletas inungi, & (4) ſolemnibus verbis conſignari inſtituit, ut fortiores redditi, omnia hoſtis tela retundemus, & incorruptam (5) coronam reportemus.

I. Cùm ergò Parochi ex literis noſtris circularibus acceperint, quandò, & ubi hoc Sacramentum uniuſcuiuſque Parochiæ Populo adminiſtrandum ſit, tunc utrumq; tempus ſcilicet, & locum diebus Dominicis, Feſtiſque inſequentibus, inter Miſſarum ſolemnia denunciabunt.

II. Ejuſdem etiam Sacramenti naturam, vim, dignitatem, & ſalutares effectus ex Romano Catechiſmo ubertim demonſtrabunt (6), ut omnes ardenter illud expetant, ac ſumma Religione ſuſcipiant (7). Simulque edocebunt cognationem Spiritualem; ut in Baptiſmo, & hic quoque contrahi (8).

III. Sciant Patrini ſe inſtruere etiam debere illos, quos in hoc Sacra-

cra-

(1) *Petr.1.12.Epheſ.5.26.* (2) *S.Aug.ſerm.157.de tempor.Joan.3.5*
(3) *Ad Rom.13.12.Luc.24.49.* (4) *Epheſ.6.16.*
(5) *Chorint.9.25.* (6) *Catech. Rom.par.2.c.3.*
(7) *C. omnes fideles; & c. ut jejuni de Conſecr. diſt.5.*
(8) *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c.12. de ref. matr. & c.1. §. ex confirmatione de cogn.Spirit. in 6. c.lex illa 36. quæſt. 1. c. inceſtuoſi 35. quæſt.8.*

cramento ſuſceperint de Fidei myſteriis, eiſdemque veluti duces in (1) Spirituali certamine præire. Neque in Patrinos admittendi ſunt ii, qui minimè confirmati exiſtunt (2).

IV. Illud etiam in Baptiſmo, & in hoc Sacramento ſervari mandamus, honeſtatis ſuadente ratione, ut mares à maribus, fœminæ à fœminis ſuſcipiantur; ſintque (3) tantùm unus, vel una, juxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem.

V, Confirmandos verò ſuper Fidei rudimentis, Parochi diligentèr interrogabunt, eorumque nomina & cognomina, poſtquàm fuerint confirmati, in libro, ut ſupra de baptizatis dictum eſt, ſub iiſdem pœnis adnotentur.

VI. Omnes hoc Sacramentum recepturi, ſtatutà die animi devotione cum proprià ſchedulà, & linea victa fronti poſt Sacram Unctionem liganda præparata, ad deſtinatam Eccleſiam, præmiſſa etiam Confeſſione, ſi ejus capaces fuerint, ſe conferant.

TIT. IV.

De Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento.

M*Iſericors, & miſerator Dominus, qui nimiâ charitate dilexit nos* (4), *memoriam faciens mirabilium ſuorum, eſcam dedit timentibus ſe*. In hac autem nempè eſca magnò pietatis Sacramento, Verbum caro factum, ignem mittens in terram in cordibus noſtris ut accenderetur exoptans, in ſinu eorum abſcondit Divini amoris incendium (5): & ad maxima hæc Omnipotentiæ miracula, in ſui commemorationem (6) agenda, poteſtatem non Angelis ſed hominibus dedit. Quod ſanè (7) *haud fecit omni nationi & dilectionis ſua indicia non manifeſtavit eis*; undè Sacramentum hoc intimo cordis ardore; in quo Dominus ipſe Jeſus præſentialiter exiſtit adorandus, colendum eſt, in quo ſenſu Apoſtolus inquit (8): *Si quis non amat Dominum Jeſum anathema ſit*. Ille enim quùm in finem *dilexiſſet ſuos*, Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in ultimâ cum Diſcipulis cœnâ ante paſ-

(1) *Act. Eccleſ. Mediol. par.4. de inſtruct. confirm. C. de Patrin.*
(2) *Can. in baptiſmate* 102. *de conſ. diſt.* 4.
(3) *Can. in catech.*100. *& can. non plures* 201. *de conſecr. diſt.*4.
(4) *Joan.* 13. 1. *pſalm.* 110.
(5) 1. *Tim.* 3. *ibidem Joan.* 1. 4. *Luc.*12. 49. *Prov.* 6. 27.
(6) *Luc.*22. 19. *Matth.*9.8. (7) *Pſ.*147.20. (8) *Gal.* 16. 22.

paſſionem inſtituit (1), in quo ſub ſpeciebus panis, & vini, verè, realiter, & ſubſtantialiter ejus Corpus, & Sanguis, una cum anima, & divinitate, atque ideò totus Chriſtus fons totius gratiæ continetur.

I. Sacris itàque Canonibus, & Conciliis inhærentes, & Sancita nuper à nobis in noſtra Viſitatione inſtaurantes, ſtatuimus in primis, ut in majori Eccleſiæ Altari ſit Tabernaculum affabrè factum, & extra majori ex parte deauratum cum ſuis conopæis ſericis, albi, rubri, viridis, & violacei colorum pro temporis ratione mutandis.

II. Pixides argenteæ, interiùs auro illitæ, & orbiculatæ cum ſuis cooperculis ſuper corporali mundo ibidem adſerventur (2), in quibus Sacræ Particulæ pro Fidelibus, & infirmis, ſæpè tamen mutandæ, reponantur, & alia per nos in dicta Viſitatione deſupèr ſancita obſerventur.

III. Cura ſit Parochis, ut diù, noctùque una ſaltem decentiſſima lampas antè Tabernaculum, expenſis illorum, ad quos ex conſuetudine ſpectare ſolet, continentèr accenſa dependeat, ſub graviſſimis pœnis contra tranſgreſſores infligendis.

IV. Lumen id, ſignum eſt ardentiſſimi illius amoris, quo fideles omnes Sanctiſſimum hoc Sacramentum proſequi debent: Ideò Parochi ſæpe Populum ad ejuſdem devotionem hortentur, rogando, & obſecrando, ut (3) Sacroſanctam Euchariſtiam religioſiſſimè adorent, ad eamdem in neceſſitatibus recurrant, vel pro gratiarum actione conveniant; doceant præterea hoc Sacramentum eſse infiniti Divini amoris in nos argumentum, Dominicæ paſſionis jugem commemorationem, panem vivum de Cœlo diſcendentem, æternæ vitæ certiſſimum pignus, & alia ex Catechiſmo uberiùs explicent.

V. Curabunt inſuper, ut prætèr Comunionem Paſchalem (4) ab Eccleſia injunctam; Saltem in Natali Domini, in Pentecoſte, in Feſto Corporis Chriſti, in Aſſumptione B. Virginis, in Feſto Sanctorum omnium, & B. Andreæ Apoſtoli hujus Eccleſiæ, & Civitatis Patroni, ad Sacra hæc myſteria Fideles accedere non prætermittant.

VI. Clerici verò in ſortem, ac hæreditatem Domini vocati, & ad Altaris miniſterium deſtinati (5), quantumvis in minoribus ordinibus

(1) *Joan. 13. cit. v. 1. Matth. 26. v. 26. Marc. 14. v. 22. luc. 22. v. 19. Conc. Trid. ſeſſ. 13. c, 1. de Sacramento Euchariſtiæ.* (2) *C. relinqui de cuſtod. Euchariſ.* (3) *2. Tim. 4. v. 2. Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 8. de Euchariſt.*

(4) *Can. etſi c. ſeculares c. omnis homo de conſecr. diſt. 2.* (5) *Can. Clericus 12. quæſt. 1. Conc. Trid. c. 11. ſeſſ. 23. de reform.*

nibus conſtituti, primis ſaltem Dominicis cujuslibet Menſis coram Populo ad Sacram hanc menſam omnes ſimùl accedant; & ſi aliter fecerint, & Parochorum atteſtationes de hoc non habebunt, noverint (1) ad Superiores ordines non fore promovendos.

VII. Diaconos autem, & Subdiaconos, ſingulis etiam diebus Dominicis, & ſolemnibus, in quibus iidem Altari miniſtraverint, Sacram Communionem (2) percipere maximè decet; quod niſi huic præcepto eadem Parochi atteſtatione parviſſe probaverint, ſciant nec etiam illos ad Superiores ordines promotum iri.

VIII. Sacerdotes omnes, licet curam animarum non habentes corde, & veſtibus mundi, ſaltem diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnibus Miſſas celebrent.

IX. Ludimagiſtri quoque, ut de ipſis infra dicemus, curabunt, ut Juvenes de hoc Sacramento inſtructi, ſemel in menſe ſalutari eſca ſe reficiant.

X. Sed ne quis temerè ad Cœleſtem hanc menſam accedat, *& judicium ſibi manducet, non diiudicans Corpus Domini*, contritus, confeſſus, devotus, genuflexus, ac jejunus accedere debet; quæ omnia, & alia iidem Parochi, in partem ſollicitudinis noſtræ vocati, Populo frequenter ex Catechiſmo (3) explicare conentur.

XI. Viri ſine armis, & baculis ad Sacram Communionem humiliter accedant, & ſi fieri poteſt à fœminis ſeparatim; Mulieres verò eorum capita velata juxta Apoſtoli (4) monitum teneant, ac oculos demiſſos, & mammillas panno, velove contectas, ob tanti Sacramenti reverentiam.

XII. Arceantur ab illo publicè excomunicati, Concubinarii publici, Sortilegi, Meretrices, Blaſphœmi, recidivi, malefici, Uſurarii, itemque patenter criminoſi, niſi priùs hi omnes, certum pœnitentiæ cum vitæ emendatione ſignum dederint: denique etiam amentes arceantur, qui lucida intervalla non habent, quorum omnium nomina, vel ad nos, vel ad Vicarium noſtrum Generalem ſingulis annis Parochi traſmittere non prætermittant.

XIII. Unuſquiſque verò in propria Parochia Comunionem Paſchalem quotannis adimpleat (5).

XIV. Seculares inſervientes in Monaſteriis, vel Conventibus Regularium, ſecluſis Privilegiis eorum nobis exhibendis, huic præcepto ibidem ſatisfaciant.

XV. Ca-

(1) *Ibidem*, *c.13.* (2) *Ibidem*, *c.13.* (3) *Catech. Rom. de Sacr. Euchariſt.n* 56. *Conc. Trid. c.7. ſeſſ.13. eod. tit.* (4) *Corinth.11.v.6.& 7.*
(5) *C. utriuſque ſexus de penit.*

XV. Canonici Presbyteri,& Clerici,exceptis iis,qui Sacrum Feria quinta in Cœna Domini facere tenentur ad Parochiam accedant, niſi Cathedralis, Mater ſit omnium aliarum Parochialium, & hæ filiales ejuſdem quo caſu laudabilis conſuetudo, accedendi ad Cathedralem obſervetur. Parochi verò ſolitam notam Comunicantium facere non omittant.

XVI. Status animarum quot annis eo tempore per Parochos fiat, & utriuſque ſexus nomina in peculiari libro notentur (1), & poſteà de iis,qui Comunionem fecerint juxtè Conſuetudinem locorum inquirant, & contumacium notulam ad nos deindè, vel Vicarium noſtrum Generalem traſmittant.

XVII. Ægrotis in Paſchate Comunio afferatur, & miniſtretur, necnon Carceratis.

XVIII. Pueros iidem Parochi de hoc Sacramento inſtruant, & devotionem ergà illud habendam ſedulò doceant.

XIX. Caveant, ne quis urgente maximè mortis periculo abſque Sacroſanctæ Euchariſtiæ Viatico, & Comunionis ſymbolo ex hac vità diſcedat; quod ſi eorum negligentia evenerit, ſeveriſſimè punientur; Ideòque iidem Parochi frequenter viſitabunt infirmos,etiam non vocati, eoſque hortabuntur conſolando, & ad Confeſſionem, ac Sacram Comunionem diſponent.

XX. Si ergò Sacramentum ad infirmos deferendum erit, ſolito devotionis apparatu, & luminibus decentibus prævio Campanæ ſonitu, ut fideles ad aſſociationem conveniant, accedant ſuperpelliceo, ſtola, veloque humerali, immò pluviali ſi opus fuerit induti ſub baldachino, vel umbraculo, Clerico, qui tintinnabulum pulſet præeunte, & tunc coram infirmis aſſuetas expleant ceremonias, & poſteà Indulgentias per Summos Pontifices (2) aſſociantibus conceſſas, innuent.

XXI. Solitas Euchariſtiæ expoſitiones commendamus; novas verò publicas, niſi ex publica causa a nobis, vel Vicario noſtro approbatas, vetamus, etiam in Eccleſiis Regularium utriuſque (3) ſexus.

XXII. Cum vero hoc Sacramentum exponitur ſolitis cereis, & lampadibus id fiat, cui Confratres Sanctiſſimi Sacramenti ſodalibus ſaccis induti aſſiſtant, ſi adſint, & Præsbyteri, atque Clerici propriis ſignis decentèr induti.

XXIII. Cum

(1) *Rit. Rom. in fin.* (2) *Lavor. de Indul. par.2. c.14. n.97. 98.*
(3) *Sacr. Congreg. Epiſc. die* 10. *Decemb.* 1602., *& in Dertonen.* 13. *Martii* 1647.

XXIII. Cum denique Sacra hoſtia in Tabernaculo reponenda erit, convocato per Campanæ ſignum Populo, ſolitus hymnus adſtantibus Clericis, nec non Sacerdotibus decantetur, & incenſatione præcedente, benedictio conſueto more Populo cum ædificatione concedatur.

XXIV. Publicas, ſolemneſque Expoſitiones Sanctiſſimi Sacramenti, quæ in hac Urbe, præſertim Baccanaliorum temporibus fiunt, aliaſque per Diœceſim, confirmamus, & laudamus.

XXV. Decretum per bon. mem. Epiſcopum Perbenedictum in ejus Synodo emanatum circa Sepulchrum Hebdomadæ Sanctæ ritè habendum (1), aliùdque pro Proceſſione Sanctiſſimi Sacramenti (2) indictum, pariter confirmamus, ac obſervari mandamus,

XXVI. In illis Eccleſiis, in quibus feria quinta Cœnæ Domini Sepulcrum conſtruitur, ubi Corpus Domini Noſtri Jeſu Chriſti aſſervatur, mandamus Sepulchrum illud decorari pretioſo ornatu, honeſto & decenti, & erigi in conſpicuo loco cum majori luminum numero, qui fieri poſſit, & prohibemus, ne apparatus ornamentorum ſit prophanus, & parum decens, neque imagines larvatæ, & obſcenæ repreſentationes adhibeantur ſub pœnâ arbitrio noſtro infligenda (3).

Pro tertiâ Dominicâ Menſis circa proceſſionem Sanctiſſimi Sacramenti.

PRoceſſio Sanctiſſimi Sacramenti in quâlibet tertiâ Dominicâ agatur (4) in Eccleſiâ Cathedrali, & Matricibus Diœceſis, ac ſervetur tam Pium, & Sanctum inſtitutum, & in Miſsâ majori omninò illius commemoratio fiat.

Itèm renovamus edictum aliud in eadem Synodo (5) publicatum pro ſolemnitate Corporis Domini; ubi Summarium Indulgentiarum a Summis Pontificibus pro eadem feſtivitate conceſſarum legitur. De cultu autèm, & veneratione huic Sacramentò exhibenda, Concilium Tridentinum (6), variique Scriptores (7) agunt, qui pœnè innumera miracula de eodem SS. Sacramento referunt. Oh itàque magnum pietatis opus ac mirabile dominici amoris ſignum, atque monumentum.

F TI-

(1) *cap.16. pag.313.* (2) *Ibid.cap.17.ann.1615.edit.* (3) *Nicol. etiam viden.lucubr.can.lib. 3.tit.1.n.27. apud Monacell.in form.Eccl.tom. 3.in ſuppl.ad tom.1.in 4.pag. m. 26. n. 207.* (4) *Sunt verba cit. Synod. Perbenedict.* (5) *Pag.314.,& 315.* (6) *Seſſ.13.de Euch.c.5.*

(7) *Apud Barb.de off.& pot.Ep.par.2.alleg.22.n.9.10.& ſeq.*

TIT. V.

De Sacrificio Miſſæ.

MAledictum in Sacris literis Tridentina Synodus (1) vocari aſſerit illum, qui opus Dei facit negligenter, præſertim hoc tremendum myſterium, quo nullum Sanctiùs a Fidelibus tractari poteſt; undè ratio poſtulat; ut omnis opera, & diligentia in eo ponatur. Eccleſia enim perpetuum, & viſibile Sacrificium hoc univerſis Fidelibus profuturum (2) habet, quo non tantùm cultus, & Jeſu Chriſto illius Auctori debitæ exhiberentur laudes, & gratiæ quoque pro acceptis tam beneficiis agerentur (3) & memoria Suæ Sanctiſſimæ Paſſionis recoleretur; Sed etiam nova uſque beneficia impetrentur, & placata ejuſdem ira, fidelium vivorum peccata cum pœnis dimitterentur, & defuncti denique in Domino, non dùm ad plenum expurgati, ritè expiarentur; quæ licèt ſint fructus illius cruenti Sacrificii in arà Sanctiſſimæ Crucis peracti (4); ad nos tamen per idem quotidiè à Sacerdotibus, quorum miniſterium ſimul cum hoc Sacrificio divinitùs inſtitutum fuit, incruentèr in Altari celebrari ſolitum, uberrimè promanant. Ideòque tremendum id myſterium continuò faciens, nec laudatur, nec reprehenditur (5), tamèn certum eſt illud celebrari debere omni munditiâ, & puritate, immò abſque ulla prorſus avaritiæ ſuſpicione, omniumque ædificatione, ut illius Miniſtri juxtà Divum Paulum (6) *Menſæ Domini participes eſſe* verè, ac fructuosè valeant.

I. Ne autem ipſi ſuper Altare Domini offerant panem (7) pollutum, illos in primis hortari duximus, ut cum hæc Divina myſteria aggredi voluerint, vel debuerint, priùs ſe domi vel alibi preparent, ſi fieri poteſt ante celebrationem, matutinas horas abſolvendo (8), poſteà mentali oratione per quadrantem adminus vacare, & deindè per Sacramentalem Confeſſionem emundare ſtudeant.

II. Adveniente celebrandi tempore, Miſſam antè omnia inveniant, ordinatèque diſponant, manus lavent, calicem cum hoſtiâ præ-

(1) *Seſſ.22. de obſer. & evit. in celebrat. miſſ.*
(2) *d.Conc.Trid. c.3. ſeſſ.22. de Sacrif.miſſ. c.1. ejuſdem ſeſſ.*
(3) *Luc.22. v.19.* (4) *Conc. Trid. c.1. d.ſeſſ.*
(5) *S.Aug. de dogmat.Eccleſ.cap.53. Can.quotidie de Conſecr. diſt.2.*
(6) *1.Cor.10.v.21.* (7) *Prov.13.* (8) *c.1.de celebr.miſſ.*

Digitized by Google

præparent, debitiſque exornentur indumentis, & advigilent ſub pœna ad noſtrum arbitrium, ut tam linteola quam pallæ, præſertim corporalia, quæ linea ſolummodò eſſe debent, & ab Epiſcopo benedicta, ſemper (1) nitida ſint, & munda ad Syndonis inſtar, quam eadem corporalia ſignificant, in qua Redemptoris Sacroſanctum Corpus fuit involutum, quemadmodum inter alia decreta, Concilium Lateranenſe (2) fieri juſſit, cùm poſtea ſubdidit, *Nimis enim videtur abſurdum in Sacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in prophanis*.

III. Quùm ſe Sacris veſtibus induunt, præſcriptas in Miſſali Romano orationes proferant, niſi ob aliquam juſtam cauſam in præparatione illas dixerint, tum quoque Confabulationes fugiant, ſed in indumentis Dominica meditentur myſteria.

IV. Arceantur illorum abuſus, qui dùm ſe præparant, vel Sacris indumentis cooperiunt, loquaces ſunt, cum circumſtantibus rident, novitates audiunt, & ſimilia Scandalose peragunt. Tranſgreſſores verò noverint à nobis ſeverè ad arbitrium punitum iri.

V. Reminiſcantur igitur, quod per amictum repræſentatur velum, quo in domo Caiphas facies Domini Jeſus fuit velata, indèque colaphis cæſa: per Albam, veſtis candida, qua iniquiſſimus Herodes tanquàm ſtultum illum induere fecit. Per Cingulum funis, qua fuit ad columnam ligatus, ni dicere velimus, per eundem ſignificari etiam ejus Juſtitiæ attributum, attentis Iſaiæ verbis (3): *Et erit Juſtitia cingulum lumborum ejus*. Per manipulum ſignificantur vincula ferrea, quibus in horto Gethlemani *manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacintis* (4) fuerunt à Judeis ligatæ. Per ſtolam funis pariter, quo eum ad Calvariæ locum traxerunt. Et per Caſulam denique veſtis illa purpurea, qua circumdederunt (5) eum; & ob hæc myſteria, ad Paſsionem Domini pias conſiderationes tùnc præſertim dirigere, & mentem elevare eos admonemus.

VI. Eundo autèm, & redeundo ad Altare, oculis omninò demiſſis procedant, nam tenebrarum Princeps tùnc præcipuè quærit mentes per oculorum obtutùs, etiamſi momentaneos, & ſimplices, malis cogitationibus, & diſtractionum caligine, maximè ſi mulieres in Eccleſia adſint, obnubilare; undè *oculos ſuos ad (6) Dominum ſemper elevent, qui eos avertet (7) ne videant vanitatem*. Cætera verò ex rubricis omninò delibare, ac reſpectivè obſervare teneantur.

F 2 VII. Ju-

(1) *C. relinqui de cuſtod. Eucharif.* (2) *in d. c. relinqui.*
(3) *Iſa.* 11. 5. (4) *Cant.* 5. 14. (5) *Joan.* 19. 2.
(6) *Pſalm.* 24. 15. (7) *Pſalm.* 118. 37.

VII. Jubemus omnibus Sacerdotibus, ut Sudariola alba ſecùm deferant, habeantque pelviculam, in quà lotionis aqua, & urceoli reponi valeant.

VIII. Unuſquiſque verò proprios habeat urceolos ſub pœna carolenorum trium, ne poſt Miſſam incæptam, illis deficientibus, cogantur expectare.

IX. Biretum, aut pileolum ſuper Altare, vel Calicem non erunt collocanda, & eodem pileolo uti in miſſa, omnino prohibemus.

X. In Sacro autem faciendo à nimià ſe abſtineant brevitate, & prolixitudine, & omnia verba, præſertim Canonis diſtinctè proferant ſub pœnis in Sacris Canonibus contentis.

XI. Sicut in Miſſa aliquid omittere non licet eorum quæ præſcripta ſunt, abſque culpa, ità nec etiam ſine eà permiſſum eſt novas addere præcationes contra diſpoſitum in rubricis Miſſalis Romani.

XII. Contuſis, fractis, ſordidis calicibus, ſeù patenis, laceriſque Sacris indumentis in miſſa uti non liceat, eaque omnia in Viſitatione notabiliter lacera, à nobis ſuſpensa eſſe meminerint.

XIII. Nemo, niſi Cæſarie perpetuò depoſita, benè tonſuratus, ac veſte oblonga, juxtà hujus Diœceſis conſuetudinem, crura ſaltem cooperiente, Sacrum faciat, ſub penis ad arbitrium noſtrum reſervatis.

XIV. Exteri, & ignoti Sacerdotes (1) in quacunque etiam Ecleſia Regularium non admittantur, ob ſcandala, quæ ſepè eveniunt, nobiſque pluries in Vicariatu Generali Tiburtino, ac in Congregatione Sancti Officii de Urbe, dum piiſsimi, ac recolendæ memoriæ Joſephi Cardinalis Sacripantes Auditoratus munere fungebamur, acciderunt; niſi priùs unuſquiſque ſui Ordinarii authenticas dimiſſorias oſtenderit.

XV. Ad primæ Miſſæ celebrationem promòti, non admittantur, niſi licentiam manu noſtra ſubſcriptam exhibuerint, quàm tunc dabimus, quùm ex duorum magiſtrorum ceremoniarum hujus Cathedralis, vel aliorum, ad quòs eorundem inſtructio commiſſa fuerit, atteſtatione, Sacras rectè callere ceremonias nobis conſtiterit.

XVI. Miſſæ pro Defunctis juxta Teſtatorum mentes minimè ſuis defraudandas ſuffragiis, ſive aliorum Benefactorum, aut uniuſcujuſque fixam obligationem, omninò celebrentur, atque in peculiari libro

(1) *S. Cong. Conc. 29. Nov. 1670. Epiſc. 14. Januar. 1625. Conc. Trid. c. 16. ſeſs. 23. de refor.*

libro eorum celebratio de more adnotetur cum die, menſe, anno celebrationis, & nomine celebrantis, ac illius pro quo celebrantur; contrarium malitioſè facientes, vel falsò ſcribentes, in pœnam ſuſpenſionis ipſo facto incurrendam incidant.

XVII. Tabellæ dictorum onerum in unaquaque Eccleſià exiſtant, non ſic tamē manualium eleemoſynarum, quæ pro Miſſis ex Fidelium devotione celebrandis occurrunt, quæ ſuſcipi poſſunt, ſi illis ad modicum certum tempus ſatisfieri potuerit.

XVIII. Publici, & notoriè criminoſi ad Altare accedere (1) non præſumant ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ, & ſub eadem pœnà Miſſarum celebrationem interdicimus Sacerdotibus, qui mala fide alicujus Eccleſiæ, beneficii, vel cujuſcumque loci Pii bona detinent, & ſi miniſtri Eccleſiæ fuerint, adminiſtrationis tamen rationem congruo tempore non reddiderint (2).

XIX. Nemo eadem ſub pœnà celebrare audeat in cappellis privatis, niſi Apoſtolica authoritate per nos recognoſcenda id fuerit permiſſum, nec etiam in Oratoriis, & Eccleſiis pollutis, interdictis, non benedictis, neque etiam in Altaribus per Viſitationem noſtram elapſo anno, & labenti expleta, ſuſpenſis.

XX. Miſſa nunquàm celebretur ante Auroram, præterquàm in nocte Nativitatis Domini (3), neque poſt meridiem, neque a non jejuno.

XXI. Parochialis diebus Dominicis, & Feſtis de præcepto, hora judicio Parochi accomodanda, celebranda erit, & Parochi meminerint (4) etiam pro Populo offerre ſe teneri, de quà obligatione ſingulos in dicta Viſitatione monuimus.

XXII. In Eccleſia noſtrà Cathedrali, & in Collegiatis hujus Diœceſis obſerventur circà diſtributionem horarum pro Miſſarum celebratione laudabiles conſuetudines.

XXIII. Quotiès ſolemni Miſſæ, veſperis, aut aliis Sacris functionibus nos aſſiſtere contingerit, Canonici, Sacerdotes, & Clerici omnes illius loci ſub graviſſimis pœnis interſint.

XXIV. Omnibus Dominicis cæteriſque feſtis de præcepto Fideles Miſſas audire tenentur ad ſatisfaciendum Eccleſiæ præecepto (5), & tunc devotè exiſtant abſque riſu, ſed modeſtè, ac flexis genibus, niſi ob

(1) *Conc. Trid. decret. de obſer. & evit. in celebr. miſſ. ſeſſ. 22. de Sacr. miſſ.* Can. *nullus*, & Can. *præter. diſt. 32.* (2) *d. C. Trid. cap. 11. ſeſſ. 22. de reform.* (3) C. *nocte diſt. 1. de Conſecr.* (4) *Conc. Trid. c. 1. ſeſſ. 23. de refom. S. Congr.* Concil. *in Cluſina 5. Julii* 1670. (5) *C. omnes fideles c. miſſas diſt. 1. de* Conſecr.

ſi ob aliquam Corporis infirmitatem ſedere debeant; itemque nudato capite.

XXV. Parentes, & Domini Filiis, & Servis reſpective præcipiant, ut Miſſam tunc audiant; & ſi fieri poteſt quotidie, ut retributionem ab Altiſſimo accipiant.

XXVI. Niſi magna ſit multitudo, omnes intrà Eccleſiam Deum adorabunt, miſſamque audient (1), & nemo propè Altare, aut intra illius Cancellos, maximè ſi fœmina ſit, admittatur (2).

XXVII. Miſſas nemo poterit reducere, niſi in ipſa fundatione aliter cautum fuerit. Et Sacerdotes recipientes incongrua ſtipendia pro illorum celebratione, graviter ſe peccare ſciant, niſi tot miſſas celebraverint, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ fuerint præſcriptæ ab eò, qui eleemoſynam tribuit. Neque licitum eſſe, illiſqui miſſam cum certa eleemoſyna celebrandam ſuſcipiunt, eamdem alteri, retenta ſibi parte dictæ eleemoſynæ, celebrandam committere (3).

XXVIII. Deniquè ubi non ſunt prædicte Tabellæ onerum Miſſarum, & libri, in quibus adnotari debent celebrationes, omninò conficiantur poſt duos menſes à publicatione hujus Synodi, ſub pœnis prædictis; aliiſque ad arbitrium, ut benefactorum mentes adimpleantur, debitiſque ſuffragiis, ſicùti mox dictum eſt, minime defraudentur.

TIT. VI

De Sacramento Pœnitentiæ.

REdemptor Noſter veniens quærere (4), & ſalvum facere quod perierat, de vitæ fonte, qui ipſe eſt (5), quique eſt patens in domo David, hoc eſt in Eccleſia, ſicut in ablutionem peccatorum, aqua baptiſmatis ſalutifera & ſaliente in vitam æternam nos voluit ablutos, ut ab umbræ mortis regione vocaret (6) in admirabile lumen ſuum ità pariter dives in miſericordia, cognoſcens figmentum noſtrum (7), nos ſcilicet poſt tot Sacramentorum, & redemptionis beneficia, per ſummam

(1) *Act. Eccleſ. mediol. Conc. prov. I. tit. quæ pertinent ad celebrat. miſſ.*

(2) *C. Apoſtolica diſt. 1. de conſ. c. Sacerdos 30. diſt. 2. de conſ. c. 1. de vit. & honeſ. Cler. c. inhibendum de cohabit. Cler.* (3) *S. Cong. Conc. pluriès, & in Anconitana 5. Julii* 1664. (4) *Luc.* 19. 10. (5) *Zacc.* 12.

(6) *Petr.* 2. 9. (7) *Conc. Trid. ſeſs.* 14. *hoc tit. c.* 1.

Digitized by Google

mam ingratitudinem in criminum morbos frequentèr relapſuros, alteram gratiæ aquam haurire nos voluit de fontibus ſuis, Sacramentum videlicet Pœnitentiæ, ut animæ, poſt baptiſmalem innocentiam peccatis fedatæ, per illud poſſent mundari. Quocirca infallibile idem Verbum, non veniſſe ait vocare juſtos (1), ſed peccatores, propter quos Sacramentum illud inſtituit, clavibus Regni Cœlorum Eccleſiæ ſuæ dilectiſſimæ relictis, ut quæcumque miniſtri ejus ſolverent in Terris, ſolverentur & in Cœlis, & quæ retinerent, retenta eſſent, undè miſerationes illius exaltans dimitti (2) juſsit, ne dùm ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties; cavendum igitur, ne quiſquam (3) adjiciens peccatum ſuper peccatum, quia miſericordia Domini magna eſt (4), Dominica præcepta conculcet, & hoc Sacramento abutatur, nam ſine magnis noſtris fletibus, & laboribus, Divina id exigente (5) Juſtitia, ad integritatem, & veniam peccatorum pervenire ordinariè non poſſumus. Eſt autem hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapſis poſt Baptiſmum ad ſalutem neceſſarium, ut Sacrum Concilium Tridentinum deſuper (6) inquit.

§ I. Mandamus itaque pro ſaluberrima ejuſdem Sacramenti adminiſtratione, ut nullus Sacerdos, ſive Secularis, ſive Regularis, in hac noſtra Diœceſi (7) ſub pœnà excommunicationis, Confeſsiones Secularium, etiam Sacerdotum extrà mortis articulum, excipere præſumat, niſi aut Parochus ſit, aut a Nobis, vel a Vicario noſtro Generali, prævio examine, ſi videbitur, approbatus licentiam obtinuerit, quàm nec ultra ſex menſes duraturam (8) ſed ſingulis ſemeſtribus renovandam, nec extra fines loci ad quem approbati fuerint, noverint omnes valituram.

II. Nonniſi viri maturæ ætatis, illibata, & exemplari vita, doctrinà ſufficienti (9), ac prudentià præſtantes erunt approbandi.

III. Licèt autèm Confeſſarii in lethali peccato, quod abſit, exiſtentes per virtutem Spiritus-Sancti in ordinatione collatam (10), tanquàm Chriſti Miniſtri functionem remittendi peccata exercere validè poſsint, ut ſupra *de adminiſtratione Sacramẽtorum Can.* 1. nihilominus,

(1) *Matth.*16.19. (2) *Matth.*18.22. (3) *Eccleſ.*5.5.
(4) *Eccleſ.*5.6. (5) *Conc.Trid.de Sacr.Pæn.ſeſs.*14. *cap.*2.
(6) *Ibidem.* (7) *Idem* Conc. *cap.*7.*ſeſs.*14. *de hoc Sacram. Conſt. Urbani VIII. apud Anton.de Regim.Eccleſ.libr.*7.*c.*12.*num.*2.*Matth.Offic.*Cur.*c.*6.*Monac.tom.*2. *pag.*41. *num.* 13. *in* 4. (8) *d.Conc.Trid. ſeſs.*23.*de refor.cap.*15.*Bull.Clem.X.incip.Superna,§.ad hæc.* (9) *Cap. quem pœnit.diſt.*1.*de Pœnit.*
(10) *d.*Conc.*ſeſs.*14.*cap.*6.*de Sacr.Pœnit.*

nùs, ut id muneris Sanctiùs (1), & abſque ſuomet periculo obeant, neceſſum eſt eos omni labe carere, ac proindè ante hanc functionem peccata confiteri, niſi Copia Confeſſoris deficiente, & miniſtrandi Sacramenti neceſsitate urgente, ad aliorum peccata audienda accedere debeant; quo caſu actum contritionis eliciant, aliàs peccabunt, ſi abſque neceſsitate, aliquo crimine contaminati Sacramentum id adminiſtrabunt. Ideòque eos omnes in Domini viſceribus hortamur, ut Sanctè miniſterium hoc, qùum agatur de æternà animarum ſalute, ad monitum etiam Sancti Caroli Borromæ (2), adimpleant.

IV. Iidem verò, qui cor mundum habere debent, & Spiritum-Sanctum, docendo iniquos vias Domini, fideles ſæpè hortentur, ac moneant, eos ſemper eſſe paratos, quia qua hora non putabunt Filius hominis veniet, rationem villicationis eorum ex inopinato ei reddituros; undè hoc Sacramentum ſæpiſsimè frequentare, & ſingulis menſibus, unumquemque ſe expiare oportere inſinuent, aut ſaltem in ſolemnioribus Feſtis Domini Noſtri, Beatæ Mariæ ſemper Virginis noſtræ Advocatæ, omniumque Sanctorum, quibus iidem Comunione etiam reficiendi erunt.

V. Pertinaces, dummodò doli capaces ſint, noverint etiam præcepto Eccleſiæ quotannis acceptabili tempore Quadrageſimæ poſt diligentem conſcientiæ excuſsionem, omninò ſub excommunicationis pœnà (3) ſatisfacere debere.

VI. His ergo Parochi inter Miſſarum ſolemnia dictis temporibus explicent methodum conſcientiæ (4), & quomodo ſit examen faciendum, quœnam ſint hujus Sacramenti partes, quid ſit contritio, quid confeſsio, quid ſatisfactio, & alia ad rem ex Cathechiſmo Romano (5) depromenda; eoſque per efficacem exhortationem ad pœnitentiam, & Confeſsionem potiùs alliciant, quàm deterreant.

VII. Infirmos autem Parochi inviſentes, ad hoc Sacramentum ſtatim ſuſcipiendum abſque mora cohortentur, quod & ipſi Medici juxtà Canonicas Sanctiones facere teneantur (6).

VIII. Si quis infirmitate detentus abſque Sacramentali Confeſsione, quod abſit, è vivis exceſſerit, & vocatus antea Parochus ad illum accedere neglexerit, aut renuerit, à ſuo officio, ultrà alias pœnas pecuniarias locis Piis applicandas, quibus ſeveriſsimè arbitrio noſtro

(1) *cap.1.diſt.6.de Pœnit.*

(2) *Act.Eccleſ.Mediol.p.4.tom.1.pag.644.*

(3) *Can.omnes utriuſq; ſexus de pœnit.& remiſſ. Conc.Trid.c.5. in fin. ſeſſ.14.de pœnit.* (4) *p.2.cap.5.* (5) *S.Pii V.in Bull.3.quæ incipit.ſuper gregem.*

ſtro punietur, ipſo facto ſuſpenſus etiam exiſtat.

IX. Sacerdotes verò omnes, poſtquam ut ſupra approbati, ad Confeſſarii munus fuerint elati, non curioſitatis ſtudio, aut turpis lucri gratia adducti, ſed pii, graves, humiles, zelo convertendi peccatores ad Confeſſionalem ſedem accedant, Deumque ſedulò exorent, ne aliorum criminum rei efficiantur.

X. Exceptis infirmitatis, aut neceſſitatis caſibus, iidem Sacramentales Confeſſiones, præſertim mulierum, diuturno tempore, nec alibi, quàm in ſede Confeſſionali, ſuo repagulo antè claudendo, conſpicuo Eccleſiæ loco ſe exponant.

XI. In his autem Confeſſionalibus caſus in Bulla Cœnæ Domini, & per me, ut infra reſervati, ſæpe legendi, affigantur. Sintque ibidem feneſtrellæ, ſeu crates ſaltèm ligneæ, ſeù potiùs laminæ ferreæ, vel ſimilis alterius materiæ, ſpiſſis ac parvis foraminibus terebratæ, ac benè undequaque, ſicuti in noſtra Viſitatione cautum eſt, hærentes, & pia aliqua, præſertim Domini Noſtri, & Beatæ Virginis Imago ex parte pœnitentis apponatur.

XII. Facies ſuas Confeſſarii, quantum fieri poteſt non oſtendant, ibidemque cum ædificatione, ac verè compoſiti, ſicuti S. Carolus Borromæus in Actis Eccleſiæ Mediolanenſis ſepè juſſit, permaneant.

XIII. Urgente neceſſitate, ſi Mulierum Confeſſiones diù, noctùque excipi oporteat, aperto Cubiculi oſtio audiantur, & quantùm permiſſum erit, Confeſſarii talari veſte induti, & operto capite ſedeant.

XIV. In Eccleſiis diebus Feſtis, aliiſque temporibus, niſi nivium, hyemiſque rigor contrarium expoſcat, iidem Confeſſarii Seculares, ſuperpelliceo amicti cum ſtola, caput bireto Sacerdotali tecti, Sacram illam peragant functionem. Regulares verò eorum decenti habitu eo in loco permaneant, aſsidui omnes itidem ſint, præſertim Dominicis, Feſtiſque diebus, aliiſque ſolemnioribus, & ſignanter Hebdomada Majori, in ſuis ſe Confeſsionalibus exponant, confiteri volentes ſine armis tamen, alioque indecoro cultu exceptùri.

XV. Si quis autem quod Deus avertat, ex Confeſſariis particeps fortaſsè eorumdem ſecùm criminum fuerit, quorum Confeſsiones fiant, ab eis (1) audiri poſſe vetamus, nam tunc erubeſcentia, quæ partem habet remiſsionis, non adeſſet.

XVI. Quapropter Pœnitentiarius hujus noſtræ Cathedralis, ſtatis ipſe diebus, & horis in eadem Eccleſia (2) ſua in Sede Confeſſionali

(1) *Cap. quem pœnitet diſt. 1. de pœniten.*
(2) *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 8.*

nali cum ſuo ſigno aſſiſtat, aliique Canonici Confeſſarii eodem modo ibidem, ac per totam Diœceſim Archipresbyteri; dùm in dictis Confeſſionalibus permanent, tunc & non alias, etiam ſi horis Canonicis, quibus intereſſe deberent, non aſſiſtant, integros, ac ſi Choro intereſsent ſuos faciant (1) fructus, & diſtributiones lucrentur quaſcumque.

XVII. Regularibus verò Confeſsionis munus committendum non eſse decernimus, niſi probationis teſtimonia eorum Superiorum exhibuerint.

XVIII. Parochos etiam omnes admonemus, ut in Pueris inſtruendis, primò ad Sacramentum hoc, & ad Euchariſtiæ Communionem admittendis ſedula attentione, necnon inſtructione nuper à Beatiſſimo Patre BENEDICTO XIII. emanata utantur (2).

XIX. Cæterùm in Confeſſionibus hæc, & alia plura, præſertim paterno affectu interroganda mandamus; & primò ætatem, exercitium, ſtatum, & conditionem penitentis, niſi aliundè omnia hæc eidem Confeſſario conſtiterint; Secundò quanto ex tempore alias ſit confeſſus, undè an raro confiteri ille ſolitus ſit deprehendat; Tertiò an alias ritè, ac integrè confeſſus fuerit; Quartò an pœnitentiam in præteritis ſibi injunctam confeſſionibus adimpleverit; Quintò an Conſcientiæ examen, & neceſsarium doloris actum, ut debuit, diligenter præmiſerit; Sextò an calleat rudimenta Fidei, quorum ſi ignarus exiſtat, illum breviter ad ſalutem neceſſariis inſtruat, ſuaviterque admoneat, ut hæc in futurum addiſcat; Septimò an Cenſuris, aut peccatis Summo Pontifici, aut Nobis reſervatis ligatus exiſtat, quo caſu abſolutionem differat, quouſque facultatem neceſsariam obtinuerit, exceptis caſibus a Jure permiſſis, quandò pœnitentes omnes urgente neceſſitate abſolvere poſsunt, maximè mortis articulo; quibus ſanè caſibus ſecluſis, meminerint omnes Confeſsarii, tam Seculares, quam Regulares, nullum à Caſibus, & Cenſuris Papæ, aut Nobis, ut ſupra reſervatis, ſub quovis Privilegiorum prætextu, ſeu aliter, eos abſolvere poſse ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſque contentis in Decretis Clementis VIII., Pauli V., Urbani VIII., aliorumque Summorum Pontificum.

XX. Ne verò ulla ignorantia ſe excuſare aliquis poſſit, præter hactenùs dicta circà cathalogum Caſuum per me, & per Bullam Cœnæ, in Confeſſionali Sede affigendum reſervatorum, præcipimus, ut

Parochi

(1) *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 18.*

(2) *Habetur in Concil. Rom.*

Digitized by Google

Parochi ſingulis annis Dominica quarta Quadrageſimæ, & quarta Adventus, Bullæ Cęnæ Domini Summarium, necnon notam Caſuum, etiam per me hic reſervatorum, inter Miſsarum ſolemnia, vulgari idiomate, Populo promulgent.

XXI. Curent Confeſsarii in tanto Miniſterio omni uti prudentia circa (1) interrogationes, & circumſtantias peccatorum, aliaque plura per ipſos non ignoranda, quæ hoc verſu (2) continentur.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodò, quandò.

XXII. Caveant à geſtibus, aut indignationis, & iræ indiciis, ne adſtãtes quidpiam de Confitentium conjiciant, vel deprehendant peccatis, ſimiliter ab amaro, & improbabili illo rigore, quo pœnitentes deterriti, & in amaritudinem lapſi a confitendo cætera peccata, vel abſtinent, vel cum perditione animarum ipſarùm ab hoc Sacramento abhorrent, quinimmò tanquam Pater ille Evangelicus (3), ut prodigos filios, maximè ad ſe reverſos ſingulari charitate illos excipiant, & humaniter, quæ ſuperſunt peccata ab illis, maximè mulieribus eadem aperire erubeſcentibus, eruere conentur ſuaviter, juxtà propheticum conſilium (4) fodendo parietem.

XXIII. Si quis ex Confeſsariis deprehendat pœnitentes ab aliis Confeſsariis diabolico inſtinctu ad turpia inter confitendum, ſeù occaſione Confeſſionis, aut in Sede Confeſſionali, ſive ante, vel poſt Confeſſionem, quocumque modo ſollicitatos fuiſse, eos ſeriò admoneat de obligatione hujuſmodi ſollicitantes ad noſtrum Tribunãl denunciandi (5), & denunciare renuentibus, abſolutionem deneget.

XXIV. Blaſphemos hæreticales, nonniſi ſervata methodo, quæ in titulo de blaſphemis præſcripta fuit, nemo abſolvat: quod ſimiliter fieri debere præcipimus cum illis pœnitentibus; qui res alienas, & famam reſtituere tenentur, & reſtituere nolunt, aut eos nolle judicari poſſit; quod ſi reſtitutiones æris alieni fuerint incertis faciendæ, curent iidem Confeſsarii pauperibus Eccleſiis, & in pios uſus illas erogari facere, nec ſibimetipſis, aut eorum Eccleſiæ, nec Conventui eſse faciendas ſuggerant, ſed pœnitentium arbitrio eædem relinquantur.

G 2 XXV.

(1) *Concil. Trid. cap. 5. ſeſſ. 14. de Pœnitent.*
(2) *Cathec. Rom. par. 2. cap. 5. §. 47.*
(3) *Luc.* 15. 22. (4) *Ezech.* 8. 8.
(5) *Bull. Greg. XV. Univerſ. & Decrèt. Sacr. Inquiſit. die* 25. *Juli* 1624.

XXV. Noleſtibus proximas peccandi occaſiones relinquere, Concubinariis publicis, Meretricibus, ligaturas facientibus, aliiſque ſortilegis, dubiis in fide, qui infideles vocantur, magicas artes impiè exercentibus, dictis blaſphemis, odia, & inimicitias ſuſcitantibus, aliorum Epiſtolas occupantibus, falſa contra proximum deponentibus, ſcribentibus, vel ſcribere, aut componere inſinuantibus, maximè contra Eccleſiaſticos, & in dignitate conſtitutos, aliiſque hujuſmodi (niſi verò reſipuerint, & per tantum temporis ſpatium ab his ſceleribus ſe abſtinuerint, ut Confeſsarii moraliter in illis futuram emendationem agnoſcant), abſolutionem omninò denegent.

XXVI. In omnibus caſibus exagerent peſtiferos peccatorum effectus, amiſſionem gratiæ, & amicitiæ Dei, jacturam æternæ hæreditatis, ſervitutem Diaboli, Iram Divinam, præcipuè tamèn inſinuent Divinæ Majeſtatis, & bonitatis offenſam, qua Spiritum Sanctum contriſtare peccatores non horreſcunt (1), ut turpitudinem peccati apprehendant, deinde omnes ſalutari timore perterriti, ſed inconcuſsa Fide, (2) Spe certa, & Charitate non ficta erecti, præteritos annos in amaritudine animæ (3) recogitantes, jam commiſsa deteſtentur, & immaculatam vitam incipiant: Ideoque cum Apoſtolo (4) *arguant, obſecrent, increpent in omni patientia, & doctrina*, in quovis caſu, donec aut contritionem, aut certè attritionem pœnitentes eliciant.

XXVII. Memores ſint, ſatisfactiones (5) pro peccatis ad novæ vitæ cuſtodiam, infirmitatis medicamentum, & criminum vindictam imponendas eſse pœnitentibus, quibus (6) Sacerdotes Domini quantum ſpiritus, & prudentia ſuaſerit in qualitate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares, & convenientes ſatisfactiones injungere curent: Ne, ſi fortè peccatis conniveant, & indulgentiùs cum pœnitentibus agant, leviſſima quædam opera pro graviſſimis delictis injungendo, alienorum criminum participes ipſi efficiantur.

XXVIII. Ad eliminandam ab hujus Sacramenti Miniſtris omnis avaritiæ ſuſpicionem, nemo ex Confeſsariis à pœnitentibus in ipſo Confeſſionis actu, vel ſede confeſſionali aliqua munera, vel aliud hujuſmodi poſtulet, vel recipiat.

XXIX. Formam abſolutionis, ut in Rituali Romano præſcribitur, ſubmiſsa voce gravitèr pronuncient.

XXX. Ca-

(1) *Ad Eph.* 4. 20. (2) *Ad Corinth.* 6. *v.* 6.
(3) *Iſaia* 38. *v.* 15. (4) 2. *Timot.* 4. *v.* 2.
(5) *Conc. Trid. c.* 8. *ſeſſ.* 14. *de Pœnit.* (6) *Conc. Trid. ibid.*

XXX. Caveant ne quidquam in hoc Sacramento auditum, ullo prætextu, etiam urgentiſſimæ neceſſitatis, directè, vel indirectè, verbis, ſignis, ſcripto, geſtibus, aut ulla alia ratione (1) ſacrilego auſu revelare, memores pœnarum in Sacris Canonibus contentarum, & ſi ſecùs fecerint, abſque ulla remiſſione exequutioni demandandarum, & ſæpè meminerint arctiſſimum Confeſsionis ſigillum, & inviolabile ſecretum, ſemper, & ubique ſub quovis periculo eſse cuſtodiendum.

XXXI. Si autem pœnitentes ſpotanea voluntate in urgentiſsimis caſibus, ità expediendo de auditis in Confeſsione loqui Confeſsariis permittant, curent conſenſum ab ipſis pœnitentibus extrà confeſsionis actum confirmari, & tunc magna prudentia ſe gerant, & ſi fieri poteſt ſuppreſso nomine pęnitentis.

XXII. Tandèm omnes Confeſsarii Sacros Canones, præſertim Morales Auctores, Concilium Tridentinum, Rituale, & Cathechiſmum Romanum, univerſaque hæc Synodi noſtræ decreta indeſeſso ſtudio perluſtrare, & callere invigilent, nec non orationibus, piiſque operibus aſsiduè vacare.

XXXIII. Mulieres ad Sacramentum hoc Penitentiæ, & ad illud Sacroſanctæ Euchariſtiæ non admittantur, ſi notabiliter mammillas, & pectus nudatum oſtenderint; aut brachia; Parochorum verò, & Confeſsariorum erit onus caſtigandi licentiam; ità Venerabilis Innocentius XI. fieri juſsit anno 1683 (2). In Synodo Bononienſi ſub Eminentiſsimo Cardinali Boncompagno anno 1699. editum legitur *in tit. de Reverent. Eccleſ. exhiben.* decretum, quod etiam per Cardinalem Petruccium reviſum, & per clar. mem. Joſeph Cardinalem Sacripantem tunc Sacræ Congregationis Concilii emeritum Præfectum (3) laudatum, eadem Sacra Congregatio approbavit.

TIT. VII

De Sacramento Extremæ Unctionis.

UNigenitus Dei Filius qui eſt in ſinu Patris *per viſcera miſericordiæ ſuæ* (4) *viſitans jacentes in umbra mortis* (5) *languentes*, & in-

(1) *C. omnes utriuſque ſexus de pœnit., & remiſſ.*
(2) *Baul. ad ſtat. Fan. lib. 1. rub. 16. num. 77.*
(3) *Monacell. in form. Eccleſ. p. 3. tit. 2. ſub n. 5.*
(4) *Luca* 1. 78. (5) *Iſai* 53. 4.

Digitized by Google

infirmitates noſtras portando curavit, ut ſemper ſuper nos invocaretur, & fieret *nomen ejus* (1) *oleum effuſum*: Orare ergò debent Presbyteri *ſuper infirmos*, *ungentes* (2) *eos in nomine Domini*.

I. Itaque oleum infirmorum (3) Cœleſtis medicinæ ad refectionem, & mentis ſalutem, & corporis, a Deo per munus Epiſcopale benedictum, quotannis renovetur, veteri, quod ſupereſt, in lampade ante Sanctiſſimum Sacramentum, pro majori decentia, combuſto.

II. Caveant Parochi, Regulares, & Confeſſarii Monialium, ne ab alienis Epiſcopis, tam iſtud, quam cætera Sacra olea recipiant ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ, ſed a noſtra S. Andreæ Cathedrali, proùt conſuetum eſt, illa petant.

III. Parochi poſtquàm eorum Parochiæ infirmos, ut ſuprà dictum eſt viſitaverint, eoſque pœnitentiæ, ac Euchariſtiæ Sacramentis expiaverint, atque refecerint, vitæ periculo imminente, eos ad hoc (4) Sacramentum ſuſcipiendum hortentur, atque diſponant; quemadmodùm planè etiam liquet in decreto Camerinenſis Synodi ſub Clemente X. tunc eamdem Eccleſiam (5) moderante, ubi etiam cavetur, oleum infirmorum in vaſe decenti ſerico panno involuto, inque tuto loco, clave obſerato, non tamèn in Euchariſtiæ Tabernaculo, adſervari debere.

IV. Singulis annis ſuo tempore illud renovetur, & ſi ad ægrotos defertur, decenti modo juxta ſolitum deferatur, eoque omni reverentia Parochi utantur, nec a Laicis contractari permittant.

V. Deferens, ſuperpelliceo, & ſtola violacea indutus, Sacramentum iſtud ſervatis Ritualis Romani (6) præſcriptis, adminiſtret.

VI. Morti propinquis ob naturalem morbum, aùt vulneris inflicti vi, non autem validis corpore proximè per Judicis ſententiam morituris, aut infantibus antè uſum rationis, furioſis, & amentibus miniſtrari permiſſum (7) eſt, & contrarium facientes, in pœnam ad arbitrium incurrant.

VII. Meminerint etiam formam complere, cum partes inunguntur, nempè oculi, aures, nares, os, manus, pedes, & renes; manus in Laicis in parte interiori, ſeu palma, Sacerdotibus verò in exteriori inungi debent; Renes autem ob decentiam in mulieribus omittun-

(1) *Cant.* 1. 2. (2) *Zac.* 5. 14. *Jacob.* 5. 14. *Marc.* 6. 13.
(3) *Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *de Extrem. Unct. c.* 1. *&* 2.
(4) *Conc. Trid. in princ. ſeſſ.* 14. *de Sacram. Extrem. Unct.*
(5) *Relat. in Synod. Card. Franſoni edit. Romæ* 1673. *pag.* 104.
(6) *Rit. Rom. cap. de Extr. Unct.* (7) *Ibid. decret.* 3. *Synod. Camerinen, & alibi.*

Digitized by Google

tuntur, ſicut etiam in viris, quandò comodè fieri nequit.

VIII. In eadem ægritudine Sacramentum hoc reitari non poteſt, niſi fortè ægrotus convaluerit, & iterùm in mortis periculum inciderit.

IX. Si mors proximè inſtat, poterit Sacerdos omiſsis præviis precibus, quæ in Romano Rituali habentur, partes corporis inungere etiam ſub unica forma; Si verò peracta unctione ægrotus adhuc vivat, ſuppleat quæ in principio omiſerat.

X. Si dubium adſit an inungendus vivat, ſub conditione inungat: *Si es vivus per iſtam Sanctam unctionem &c.*

XI. Si conſtituti in mortis articulo loqui non poſsint, ſignum aliquod contritionis, vel attritionis, vel volentis abſolvi, quocumque modo poſſunt, ut à ſic conſtitutis detur procurent, & cætera eorum muneris Parochi ſuper hoc ſedulò adimpleant, quod ſi nullum ſignum dari apparebit, tunc pium erit pià piorum hominum ſententia uti, poſſe ſcilicet hujuſmodi ſub conditione abſolvi, præſertim ſi Chriſtianè vixerint; quod ſi ſecus vixerint, putent potentem eſſe Deum de *lapidibus ſuſcitare* (1) *filios Abrahæ; & facile eſſe in oculis ejus ſubito honeſtare pauperem* (2), etiam in ſupremo hiatu, & illorum tantum deſperandam eſſe correctionem, contra quos habemus occultam luctam (3).

XII. Caveant denique ne Sacrum oleum extrà ſolitum Eccleſiæ locum reponant, vel ægrotorum in domibus relinquant, vel pro illius adminiſtratione aliquid recipiant, ſub pœnis ducatorum decem, aliiſque arbitrio noſtro contra illos infligendis.

TIT. VIII.

De Sacramento Ordinis.

Sacerdos in æternum Jeſus Chiſtus poſt manifeſtationem Sanctiſsimi Sui Nominis, tranſiturus ad Patrem, ut provideret Eccleſiæ ſuæ (4), diſpenſatores myſteriorum Dei ordinavit in eà. Aſſumptos enim (5) ex hominibus homines, ſal terræ, ac Mundi lucem appellavit, poſuitque ſuper eos Orbem, quem (6) verbo portarent, & exemplo. Omnem itàque curam in hoc Sacramento conferendo ponendam eſſe, ne ordinandi dilanient Corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, ex eo liquidò patet, quod eodem prorsùs fidelium ſaluti conſulitur; unde promovendi in Sanctitate, & juſtitia ambulare debent, vir-

(1) *Mat.* 3. 9. (2) *Ecc.* 11. 23. (3) *S. Aug. Tract. in pſalm.* 54.
(4) 1. *Cor.* 4. 1. (5) *Hebr.* 5. 1. *Matth.* 5. 13. (6) *Job.* 9. 13.

virtutibus, & Eccleſiæ ritibus,caſtiſque moribus eſſe omninò ſuffulti, ut dare poſsint *ſcientiam ſalutis in remiſſionem* (1) *peccatorum*.

I. Nemo itaque, niſi firmo animo ſerviendi Altiſsimo, & vocatus à Deo tanquam Aaron (2), Eccleſiaſticæ militiæ ſe adſcribere præſumat; quod ſi hoc Sancto deſiderio verè flagraverit, nobis, aut Vicario noſtro Generali ſua vocatione per Menſem antè patefacta (3) Baptiſmi, Confirmationis, vitæ, & morum, aſsiduitatis Doctrinæ Chriſtianæ teſtimonium, à Parocho habendum, afferat, & quod poſtquam fuerit per Parochum in Eccleſia denunciatum, nullum impedimentum habuerit, vel alia ſolita documenta oſtendere teneatur; quibus plenè recognitis, & ſi videbitur, Examinatorum judicio approbatus, ſi etiam rudimenta fidei, ac legere, & ſcribere ſciat, ad Clericalem Tonſuram admittetur (4).

II. Omnes talem effectum conſequuti, ſuſceptæ Tonſuræ litteras Teſtimoniales, ut ipſi in album Clericorum referri poſsint, fideliter adſervent; Cancellarius verò eoſdem in Cancellariæ majori regiſtro cum illorum nominibus, cognominibus, & Patria adnotare omninò debeat; id quod pariter in quorumlibet ſuſceptorum Ordinum teſtimonialibus literis ſervari mandamus.

III. Ad Sacram militiam jam admiſsi ſibi deinceps in Clericali habitu, & tonſura incedendum eſſe meminerint, juxta edictum alias per nos publicatum, & in fine referendum, ſi quidem Privilegiis (5) Clericalibus gaudere, & ad ordines aſcendere optant.

IV. Caveant autem ne fraude vel dolo quiſpiam Sacræ Ordinationi ſe ingerat, ſciatque impedimento hos ſemper irretitos eſſe, nempe (6) minores natu, Chriſmate non confirmatos, rudes, & ignaros, criminoſos, ſolemniter pœnitentes, Neophytos, ebrietati, & gulæ deditos, impudicos, perjuros, uſurarios manifeſtos, infames, ratiociniis obligatos, ſervos, corpore vitiatos, inſigniter deformes, illegitimè natos, peregrinos, & ignotos, bigamos, irregulares, quovis alio modo excommunicatos, amentes, morbo caduco laborantes, energumenos, non examinatos, & non approbatos.

V. Ad Minores Ordines promovendi, literas teſtimoniales Tonſuræ, vel ultimi Ordinis ſuſcepti, bonum teſtimonium a Parocho de moribus, geſtatione habitus Clericalis, frequentatione Sacræ Communionis, & doctrinæ Chriſtianæ juxtà alibi Sancita in hoc Syno-

do,

(1) *Luca* 1. 14., & 24. 19. (2) *Hebr.* 5. 4. (3) *Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *de refor. c.* 5. (4) *Conc. Trid. c.* 4. *ſeſs.* 23. *de refor.* (5) *Id. Conc. c.* 6. *ſeſs.* 23. *de refor.* (6) *Act. Eccleſ. Mediol. p.* 1. *Conc. Pun.* 4. *p.* 2. *tom.* 1. *pag.* 116.

Digitized by Google

do,teſtificationem Magiſtri Scholæ de morum probitate,progreſſuque in Studiis, atteſtationem Rectoris Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt de præſtito eidem ſervitio, niſi fortè ſtudiorum cauſa abfuerint, exhibere omninò teneantur; & hæc omnia in noſtra Cancellaria apponantur, ac reſpectivè regiſtrentur; Si quis autèm ex Parochis de prædictis Teſtimoniis ementitus convincetur, quùm eorum fides omninò attendi oporteat, in pœnam ducatorum viginti, locis piis &c., aliaſque per Sacros Canones (1) editas, ſtatim ſe incurriſſe ſciat.

VI. Teſtimonialibus ut ſuprà recognitis, factiſque aliis diligentiis ad mentem noſtram faciendis, Examinatores coram nobis explorabunt, an promovendi, ità linguam latinam intelligant, ut ſpes ſcientiæ demonſtret eos (2) dignos aliquandò futuros, qui ad majores aſcendant ordines.

VII. Ordinati Eccleſiis, quibus adſcripti ſunt ſedulò inſerviant, in illis ordinibus, ad quos promoti fuerint, aljas ad formam Concilii (3) mulctabuntur, & ad majores gradus devenire non merebuntur; excepto tamèn (4) Exorciſtatus officio, quod a nemine exerceri poſſe abſque noſtra licentia jubemus.

VIII. Altiùs aſcendere volentes, Subdiaconatum ſuſcepturi, diligentiùs vitæ perpendant rationem, cui ſe ſe illum ſuſcipiendo Sanctè obſtringùnt; proindèque accuratiùs re deliberata puriori mente, ut S.Carolus Borromæus ſæpè ſuos monebat (5), ad rem tanti momenti accedant.

IX. Jubemus itaque Subdiaconatum, alioſque Sacros majores ordines ſuſcepturi exercitia Spiritualia antèa præmittere teneantur in aliquo Sacro Loco, ubi ab omnibus curis, & occupationibus liberi, conſcientiam diligentèr ante actæ vitæ diſcutiant, & peccata univerſali Confeſſione confiteantur, tùm in ſalutaribus meditationibus, aliiſque Spiritualibus exercitationibus toti verſentur, moderatore ſibimetipſis adhibito Religioſo virò, quem, & exercitiorum locum nos probabimus, tempuſque permanentiæ arbitrio noſtro pandemus.

X. Noverint etiam omnes, quod qui extrà tempora à Jure ſtatuta, vel antè legitimam ætatem, nulla diſpenſatione Apoſtolica prævia, aut abſque noſtris, vel aliorum Ordinariorum dimiſſoriis literis, ad aliquem ex majoribus ordinibus (6) promoveri curant, ſunt ipſo

(1) *c.1.de Crim.falſ.* (2) *Conc. Trid. c.11.ſeſs.27. de refor.*
(3) *d.Conc. eadem ſeſs. cap.17.* (4) *d. Conc.ead. ſeſs. c.14.*
(5) *In Act.Eccleſ.Mediol. p.1. Conc.prov.4. p.2. p.116. tom.1.*
(6) *Pius II. in Conſt. 7. quæ incip. Romanum Pontificem.*

ipſo jure ſuſpenſi, & ſi tales in ordine ſuſcepto miniſtraverint; irregulares, aliiſque Canonicis pœnis obnoxii exiſtunt, & beneficiis, quæ poſſident privari poterunt.

XI. Monemus etiam, titulum, ſine quo nemo ad dictos Sacros ordines promoveri debet, nec reſignari, vel extingui, aut alienari poſſe, niſi conſtito, quod ordinatus ad illum, habeat undè honeſtè (1) vivere poſſit; Clericus autèm qui doloſo titulo ſe initiari curat, ipſo jure ſuſpenſus exiſtat.

XII. Ideòque ad fraudes iſtas ab hac Diœceſi arcendas; præcipimus, ut de Patrimoniis legitimus conficiatur per Cancellarium noſtrum proceſſus de more, qui in noſtra Cancellarià adſervetur, habeatque ſolitos redditus à jure in hoc Regno ſtabilitos, undè ordinatus mendicare non debeat.

XIII. Ad ſingulos majores ordines aſsumendi; per menſem antè ordinationem, apud nos (2), vel noſtrum Vicarium Generalem, nomen, Parochiam, deſiderium, titulumque, ad quem ordinari petunt, profiteantur, ut eadem unuſquiſque Curatus de noſtro, vel Vicarii prædicti mandato in ſuà Eccleſia Parochiali die Feſto inter Miſſarum ſolemnia proponat, habeatque perquiſitionem de ipſorum titulo, natalibus, ætate, ac moribus; deindè ad præfatum examen ſe conferant ordinaturi.

XIV. Examinatores examinandi munus ex conſcientià incorruptè obibunt, memores, Deo, ſi quid contra officium admiſerint, reddituros eſſe rationem, & indignationis noſtræ habituros cenſuram.

XV. Nemo ullum ordinem non præmiſſa Confeſſione Sacramentali (3) ſuſcipere audeat, nec quiſpiam Sacerdotio initiatus, primam Miſſam Nobis, aut Vicario noſtro Generali inconſultis, ut alibi cautum eſt, celebrare præſumat.

XVI. Cancellarius deniquè retineat librum, in quo deſcribantur in ſingulis ordinationibus nomina, & cognomina ordinatorum, & teſtimoniales literas, cæteraque prædicta documenta, & aliorum, qui alibi ordines ſuſceperint, & iſti intra duos menſes dictas literas regiſtrandas exhibere teneantur.

TI-

(1) *Conc.Trid.ſeſs.21.c.2.de refor.Sacr.Cong.Conc.27.Novemb.*1610. *apud Fagn.ad cap.ad ſecundum de praben.* (2) *d.Conc.Trid.c.5.ſeſs.23.de refor.* (3) *Cathec.Roman.de Sacr.ordinat.n.33.*

TIT. IX.

De Sacramento Matrimonii.

HUmani Conjugii fædus in ipſa Mundi origine naturæ officium divinitùs inſtitutum, legis vero tempore in concupiſcentiæ remedium, denique a Chriſto Domino Sacramenti dignitate decoratum, magnum in Chriſto, & Eccleſia ab Apoſtolo (1) nuncupatur. *Viri* ait ille, *diligite uxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro eà;* mox ſubjungens; *Sacramentum hoc magnum eſt; Ego autem dico in Chriſto, & Eccleſià;* undè Tridentina Synodus jubet illud a Sponſis (2) immaculatè contrahi debere. Nexum autem illum indiſſolubilem eſſe, primus parens Divini Spiritus inſtinctu pronunciavit, quum inquit (3): *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: quam ob rem relinquet homo Patrem ſuum & Matrem, & adherebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.* Finis ergò Matrimonij non carnis illecebra, ſed præſtantiſſimum bonum ex illo emanans eſſe debet, nempè fides inter Conjuges perpetua, & proles, ſi ſuſcipiatur ad religionem educanda, gratia demùm, ac virtus Sacramenti, quæ ſi ſocietas ſancta ſit, pullulabit.

I. Ideòque, ut decenti reverentia id ipſum recolatur, ſedulò curent Parochi fideles matrimonio jungendos de ejuſdem præſtantia, & onere, opportuno tempore, depromptis ex Romano Catechiſmo doctrinis, inſtruere.

II. Interim publicæ denunciationes à Sacro Concilio præſcriptæ (4) tribus continuis diebus feſtivis inter Miſſarum ſolemnia à proprio contrahentium Parocho, ante Matrimonii cujuſcumque celebrationem faciendæ, minimè omittantur; nec quavis ex cauſa absque noſtra, vel Vicarii Generalis diſpenſatione in ſcriptis obtinendà, ſub pœna ſcutorum quindecim locis Piis &c., aliiſque ad arbitrium, negligantur, vel minuantur.

III. Quod ſi in diverſis Parochiis contrahentes inhabitent, in utraque trinæ denunciationes ex Romani Ritualis formula præmittantur.

 IV. O-

(1) *Epheſ.* 5. 32. (2) *De Sacrament. Matrim. ſeſs.* 24.

(3) *Geneſ.* 2. 3. *Eſdr.* 4. *Epheſ.* 3. 1. *cor.* 6. Can. *fraternitatis* 15. *quæſt.* 10. *c. debitum de bigam. quæſt.* 1. *in princ.* (4) Conc. *Lateran. ſub Joan. III.* *c.* 52. *& Trid. ſeſs.* 24. *de refor. matrim. c.* 1. *cum inhibitio de clandeſt. deſponſ.* Conc. *Tolet.* 2. *c.* 10. *& alibi.*

IV. Oriente autem contentione, ſicuti aliàs hic accidit inter Parochos ſuper domiciliis Sponſorum, rem ad nos deferant, ut quomodo de jure (1) cautum eſt, procedere valeamus.

V. Si verò alteruter contrahens noſtræ haud ſit Diœceſis, ſed alienæ, & ſui Parochi conſimile teſtimonium adducat, nullimode id conſideretur, & valeat, niſi proprii Antiſtitis legalitate fuerit munitum, & in hac Curia recognitum.

VI. Exteri, ignoti, incertis vagantes ſedibus, aut ex alienà Diœceſi, propinquà, vel longinqua, ſivè etiam ii, qui per ſex menſes continuos ab hac noſtra Venuſina ditione abſuerint, ad matrimonia contrahenda nullo pacto ſub relatis pœnis admittantur, nec ea quidem in Eccleſiis denuncientur abſque noſtra, vel dicti Vicarii in ſcriptis licentia, non danda, niſi priùs legitimis documentis eorumdem ſtatus liber per Teſtes in eadem noſtra Curia examinatos probatus fuerit, juxta Sacræ Congregationis ſupremæ Inquiſitionis Conſtitutiones; & de Viduis decreta Apoſtolica (2) etiam obſerventur.

VII. Caveant ſimiliter Parochi ad ſæpè dictas denunciationes universà lege non devenire, niſi priùs diligenti examine contrahere volentium qualitates exploraverint, nempè ætatem Viri decimum quartum annum agentis, Mulieris verò duodecimum expletum; an eo anno Paſchalis Comunionis præcepto ſatisfecerint, an calleant fidei rumenta, in quibus liberos, quos ſuſceperint erudire valeant, an aliquod inter eos adſit propinquitatis vinculum, ſivè aliud Canonicum impedimentum intercedat, ſupèr quibus ſi Apoſtolicas diſpenſationes habebunt, exequtioni non eſſe demandandas noverint, niſi priùs in Curià noſtrà, ſervato juris ordine, de precum, ac expoſitorum veritate plenè conſtiterit.

VIII. Explorent etiam an ſpontè, ac liberè, nullisque Parentum, ſive aliorum minis, vel ſeductionibus, blandiſque verbis coacti contrahendis nuptiis aſſentiant.

IX. Hortandi erunt quoque Filii familias, honeſtatis id ſuadente ratione, licèt ad Sacramenti validitatem minimè ſit hoc neceſſarium, ut (3) Parentibus, aut iis, ſub quorum fide vivunt, inconſultis, neque invitis, rem tanti momenti haud ineant, immò potiùs illorum conſiliis humilitèr obtemperent.

X. Si

(1) *Vide Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 2. c. 1. n. 11. & 12. Ricc. in prax. Cur. Archiep. Neap. deciſ. 224.* (2) C. *dominus de ſecundis nuptiis, & Can. in præſentia de Sponſ. & Matrim.* (3) *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. matrim. c. 1. in princip. c. honorat. 32. qu. 2.*

X. Si Quos Parochi Compererint, cujuſcumque ſint gradus, minis, & colluſionibus quomodolibet Matrimonii libertatem violantes, confeſtim nobis deferant (1), ut excomunicationis fulmine, quod Canonicis Sanctionibus ipſo facto illis occurrit, plectamus.

XI. Curent Parochi bis ſaltem in anno, iis nempè temporibus, quibus ſolemnes nuptiæ aperiuntur, populum inter Miſſarum ſolemnia, canonica impedimenta matrimonium contrahendum impedientia, & contractū dirimentia brevi ſervata methodo edocere, ne fideles falſo nugationum nomine decepti turpium amorum fœdera incautè ineant.

XII. Aliquo detecto impedimento, etiamſi doloſo, Parochi neque ad denunciationes prædictas (ſi tamen caſus emergat ante tamen contractum matrimonium) neque ad matrimonii celebrationem (2), neque ad ulteriora in denunciando, Nobis, aut Vicario noſtro inſciis, ſub relatis pænis procedant.

VIII. Falſum impedimentum malitioſe deferentes ad futurum legitimè matrimonium differendum, aut pervertendum, necnon vera ſcientes impedimenta, & doloſè reticentes, in excomunicationis ſententiam ipſo facto noverint ſe incurſuros.

XIV. Ad pernicioſam noſtræ hujus Diœceſis corruptelam, quam dolentes dicimus, prorsùs extirpandam, ob quam proptèr lapſæ naturæ fragilitatem, malorum pericula, & ſcandala ex frequenti Sponſorum conſuetudine, antè matrimonii celebrationem eveniunt, præcipimus, atque mandamus, ut poſt inita Sponſalia, Parochi quam priùs in matrimonium per verba de præſenti, exactis denunciationibus jungere curent Sponſos; Illi autem, qui per dicta verba de præſenti ex ritu, non dùm matrimonium contraxerunt, non poſſint inter ſe converſari, niſi paucis vicibus honeſtè cum parentibus inviſendi gratia; & malitioſe contrarium facientes in pœnam excommunicanis incidant.

XV. Demum ſi, quod damnabiliùs eſt, Sponſi, ut ſuprà antè Matrimonii celebrationem, rem ſimul habuerint, aut etiam cum proborum ſcandalo, licentia penè maritali, cohabitaverint, vel ſub eodem tecto pernoctaverint (3), ultra dictam pœnam excommunicationis, etiam aliis pœnis prout de jure eos puniemus, & caſus abſolutionem in foro pœnitentiali Nobis reſervamus.

XVI. Hujus Sacramenti celebratio de mane orto jam Sole in Eccleſia

(1) *Can. cum locum, Can. requiſivit, & cap. Gemma de ſponſal., & matr. Conc. Trid. d. ſeſſ. 24. C. 9. de reform. matrim.*

(2) *Con. Trid. d. cap.* 1. *ſeſſ.* 24. (3) *S. Congreg.* 25. *Octobris* 1583. 26. *Aug.* 1589. 15. *Maij* 1590. *apud Nicol. verſ. Sponſalia nu.* 2.

cleſia Parcchiali, Sponſo, ac Sponſa coram proprio Parocho (1), ſive alio idoneo Sacerdote de illius, vel Noſtra licentia (non facilè tamen cuicumque concedenda) præſentatis, duobus itidem, aut tribus teſtibus præſentibus, omninò peragenda erit.

XVII. Nunquam extra Eccleſiam fiat, niſi ex cauſa a Nobis, vel Vicario Noſtro Generali in ſcriptis approbanda.

XVIII. Parochi in hoc Sacramento ſolita formula utantur; Deindèque Sacrum proprium de Sponſis ex Romano Miſſali celebrabitur, cui iidem devotè intererunt,& Sacramentali priùsConfeſſione expiati, ſimulque Angelorum eſca refecti, Sacerdotalem benedictionem, remotis prophanis ceremoniis,ex Eccleſię Ritu ſuſcipient,ut Sancti Spiritus gratia (2) illos in perpetua charitatis concordia confirmet.

XIX. Vetuſtas ſolemnium nuptiarum prohibitiones per Sacrum idem Tridentinum Concilium (3) renovatas, obſervari mandamus, nempè ab Adventu Domini uſque ad diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum uſque in octavam Paſchatis incluſivè, quibus temporibus dictæ ſolemnes nuptiæ vetitæ ſunt, ac contrarium facientes in pœnam incidant interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrendi.

XX. Cætera demùm, quæ ad legitimam hujus Sacramenti celebrationem in iiſdem Tridentini Sanctionibus in Rituali Romano deſcriptis pertinent, expleantur omninò.

XXI. Si quis, quod abſit, damnatis artibus maleficia, & faſcinationes in Matrimoniis perversè moliri præſumpſerit; vel quovis modo conſilium, auxilium, & mandatum præſtaverit, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam Nobis reſervatam, ſubire decernimus.

XXII. Habeat etiam Parochus unuſquiſque librum, in quo conjugum, & teſtium nomina, & Patriam, diemque (4), & locum contracti Matrimonii deſcribat, quem diligentèr apud ſe cuſtodiat, ſum pœna ad arbitrium, locis piis &c.

XVIII. Nè verò individua vitæ conſuetudo, quæ in conjugali conſortio ſervanda eſt, temerè contemnetur, (ſi Conjuges aliquando abſque legitima cauſa a Sacris Canonibus (5) permiſſa, & Eccleſiæ

(1) *Conc. Trid. d. c. 1. dicta ſeſſ. 24.* (2) *d. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. matr. in princip.* (3) *Seſſ. 24. cit. c. x. de Sacr. matr.*

(4) *Conc. Trid. d. ſeſſ. 24. c. 1. circa fin.* (5) *C. uxor. 32. 97. C. ſeculares c. an quod in ſubditos, & c. hiſtoria 33. q. 2. cap. tua nos il ſecondo de jure juran. c. de illa de divortiis. Sixtus V. Conſt. 46. ad compeſcendum §. 2.*

ſitæ judicio probata, à communi cohabitatione diſceſserint, ac maritale convivium recuſaverint) ſedulò curam animarum habentes ſtudeant, vel per ſe ipſos, vel aliorum opera, ut ad priſtinum vitæ ſocietatem revertantur, & ſi minimè profecerint, rem ad Nos deferant, ut contumaces in Domino componere, vel opportunis Canonum remediis compeſcere valeamus.

XXIV. Denique verò hortamur Confeſſarios, & Parochos, ut dum Sacras Confeſſiones audiunt, adulteros præſertim increpent, eoſque doceant, quod de tali facinore convicti Jure Civili morte puniuntur (1), aut, ſi Nobiles ſint, deportantur (2); Fœmina verò detruditur in Monaſterium, & ſi Maritus intra biennium illam ad ſe non revocet, cogitur habitum Monacalem ſuſcipere (3), licèt pœna detruſionis in Monaſterium ab uſu receſſerit (4). De Jure autem Canonico ptopter id crimen Conjuges ſeparantur quò ad thorum (5), & alia ſpirituali pœna plectuntur arbitraria, ultra infamiam (6), & excommunicationem ferendæ ſententiæ (7). Patefaciant quoque infinita alia ſcandala, & filiorum illegitimitates, & cætera plura, quæ omnia breviter Parochi, & Confeſſarii, ut evitari debeant, torvo vultu iiſdem explicent, eodem verò tempore peramantèr blandiantur.

T I T. X.

De vita, & honeſtate Clericorum.

MEminerint Eccleſiaſticæ Militiæ addicti, eos eſſe *genus electum*, ut Petrus ait (8), *Semen cui benedixit Dominus, regale Sacerdotium, gentem ſanctam, & populum acquiſitionis*, nec non præ omnibus, ut ſimplices filios (9) Dei ſine reprehenſione in medio nationis eorum exemplo ſalvandæ, & dirigendæ, inque Orbe terrarum, ut luminaria magna refulgere debere. Antiqua ſanè lege in no-

(1) *L. quamvis, & auth. ſed hodie, C. ad l. Juliam de adult. l. qui ſententiam, C. de pœnis, & alibi.* (2) *Alciat. in cap. cum non ab homine num. 2. de Judic.* (3) *C. gaudemus de Converſ. Conjug. d. auth. ſed hodie, Cod. ad l. Juliam de adulter.* (4) *Clar. in l. adulterium verſ. ſed quæro.* (5) *Cap. ex literis de divort. c. tua de Procur.*

(6) *C. infames 16. qu. 1. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 33. num. 5. §. ultra.* (7) *Cap. intelleximus de adult. Antonell. ibidem §. ſequent.* (8) *1. Petr. 2. 9.* (9) *Paul. Phil. 2. 15.*

novam perfectiùs tranſmigrata, Sacerdos in æternum (1) Redemptor Noſter excitare decrevit Miniſtros ſuos ſecundum ordinem Melchiſedech, erga quos divinam ejus ſuſceperat voluntatem.

I. Clerici ergò in quocumque ordine fuerint, religioſa converſatione, caſto ſermone, & pura ſcientia, maximè ad animarum curam conſtituti, commiſſo ſibi Dei Populo præeſſe ſatagant (2), & ſecundum Apoſtolum, *nemini dent ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum*, ſed ei in omnibus exhibeant ſe ſicut Miniſtros Dei, ne illud Prophetæ dictum impleatur in eis: *Sacerdotes Dei contaminant ſancta, & reprobant legem*, Hinc decet omninò Clericos, vitam, moreſque ſuos omnes componere, ut habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliiſque omnibus rebus, nil, niſi grave, moderatum, ac religione plenum præſeferant.

II. *Fornicarii ergo eſſe non debent* (3) *neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum Concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, quia tales Regnum Dei non poſſidebunt.*

III. *Nos equidem non ſpiritum hujus Mundi* (4) *accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, ut ſciamus, quæ à Deo donata ſunt Nobis*; hinc etiam *expurgare debemus vetus fermentum, ut ſimus nova conſperſio in azimis ſinceritatis, & veritatis.*

IV. Charitatem quoque eminere neceſſum eſt in Dei Miniſtris, ſine qua *facti ſumus* (5) *velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens*, unde ſi illam non habuerimus, nihil ſumus. *Charitas verò patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperàm, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* Et denique memoria retinere eos oportet, quod ſi Sacerdos, qui eſt unctus, peccaverit (6), faciet delinquere populum.

V. Omnes itaque in hac Diœceſi in ſortem Domini vocati, coram ipſo Domino, hominibus, & Angelis ejus, quantum humana fragilitas patitur, irreprehenſibiles ſint; *mittentes enim manum ad aratrum, & reſpicientes retrò, apti non ſunt Regno Dei* (7). Idcircò Scien-

(1 *Pſalm.* 109. (2) *C. quid autem cap. ultim.* 8. *qu.* 1. *C. una tantum* 26. *diſt. c. ſicut ii*, §. *neceſſe* 47. *Lev.* 11.19. 20.2. *Petr.* 1. & *Can. propoſuiſti* 82. *diſt.* 2. *Cor.* 6. *in princip. Ezech.* 12. *Conc. Trid. de reform. ſeſſ.* 14. *in proem.* (3) *S. Paul. epiſt.* 1. *ad* Corinth. 1.6.

(4) C. 2. *ibid.* (5) *Ad Corinth.* 1. *cap.* 13.

(6) *Levit.* 4. 3. (7) *Luc.* 9. 62.

Digitized by Google

ſcientiæ, pietatiſque documenta, & Clericalium functionum notitiam pro ſui quiſque captus modulò ſibi indefeſsè comparet, & liberalium artium, Sacrarum literarum, Canonicarum Sanctionum Studiis, nècnon Cantus Gregoriani, peritia Catechiſmi, Ritualis Romani, Rubricarum, & hujus Synodi lectione, apti ad dignè omnia exequenda, quæ ad ipſos pertinent, evadant.

VI. Verùm quia gentis Sanctæ interioris cordis affectui, exterior quoque corporis cultus conjungi oportet, ideò in prima tonſura, vel minoribus ordinibus conſtituti, ſi privilegiis Clericalibus gaudere velint, habitum, & tonſuram Clericalem geſtent, & Eccleſiis, quibus ſunt adſcripti (1) diligentèr inſerviant ſub pœna etiam contrà inobedientes arbitrio noſtro relaxanda.

VII. Qui habitum dimiſerit, & inſtar Laici, ſecularibus negotiis ſe immiſcendo, vitam duxerit, ac poſtea nobis inconſultis reaſſumpſerit, dicta privilegia ſibi non ſuffragari ſciat.

VIII. In Sacris exiſtentes, omneſque in quolibet ordine beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, præfato habitu, & congruenti tonſura ubique, & aſſiduè utantur ſub pœna ſuſpenſionis ab ordinibus, & privationis beneficiorum (2) reſpective incurrenda; qui habitus ſaltèm Feſtis, atque etiam feriatis in Miſſæ celebratione, inquè aliâ Sacra functione talaris eſſe debet, nullo autèm tempore ità brevis, ut infra genua non deſcendat (3);

IX. Barba etiam, caputque ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſint detonſa, itaùt intèr Capillos aures pateant; Cavendum verò ne nimiâ corporis incuriâ, ac veſtibus laceris, Clericalis dignitas vileſcat.

X. Comam fictitiam, aut Cæſariem omninò, ut alibi dictum eſt, prohibemus (4) Clericis ſub pœnâ locis Piis &c. ducatorum decem illam gerentibus; in Sacris autem conſtitutis ſub pœnâ ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ.

XI. Nullus anulos deferat, niſi hi ratione dignitatis (5) competant; & tunc illos in Miſſæ celebratione ſub eadem pœna deponat.

XII. Iidem Clerici quotidiè Miſſam audiant, Eccleſias quibus

ſunt

(1) *Conc. Trid. c.6. ſeſs.23. de refor.* (2) *Conc. Trid. c.6. ſeſſ.14. de refor. Conſtitut.92. Sixti V. Cum Sacroſanctam.* (3) *Clem. fin. de vit. & honeſt. Cler. Can. Clericus diſt.41. gloſ. in clem.2. eod. tit. verb. & Tonſuram. S. Pius V. in Conſtit. de refor. Rom. Cleri.* (4) *Edict. clem.9. Ven. Innoc. XI. Innoc. XII. Clem. XI. S. Cong. Conc.1722. ap. Urſaj. diſcept. Eccl. tom. 4. par. 1. diſcept. 20. n. 104. & decr. Bened. XIII.* (5) *Gavant. Manual. Epiſcop. verb. Clericus, num.14. & 15.*

ſunt adſcripti abſque noſtra licentia non deſerant, Sacram Communionem, Doctrinam Chriſtianam, & collationes Caſuum Conſcientiæ frequentent.

XIII. Sacerdotes diebus ſaltèm Dominicis, & feſtis ſolemnibus Sacrum faciant, nècnon omnes qui ad Divini Officii recitationem tenentur, illam ſub pœnis per Apoſtolicas Conſtitutiones Sancitis (1) omittere non præſumant.

XIV. Preces vocales, atque etiam mentales cum meditationibus pro ſuà quiſque pietate, religioſè fundat. Libros pios omnes crebrò evoluant, inanes, ſcurriles, & impuros nèc nominari quidèm apud ſe permittant, ociumque omnium malorum cauſam, & peſtem fugiant.

XV. Aleas, chartaſque luſorias, ac ſimilia ſibi omninò interdicta eſſe per Sacros Canones ſcire debent, & contrarium facientes authoritate Nobis per Sacrum Concilium Tridentinum (2) attributa juxtà ſcandalorum circumſtàntias puniemus, & ſi dicti ludi publici ſint, in pœnam quoque incidant ducatorum quinque locis Piis &c., in quam pœnam incurrant Clerici, & Sacris initiati publicè ludentes, vel ad ludendum commodantes, ſpectatores, & ludi quovis modo participes.

XVI. Qui in publico cum Laicis pila, ictuve diſci luſerint, vulgò *alla ruzzola, e a caſcio* in quinque ducatorum pœnam etiam incidant.

XVII. Venationes in quibus clamores contingunt, iiſdem Eccleſiaſticis ſub pœnà ad arbitrium noſtrum etiam per inquiſitionem procedendo, juxta Sacrorum Canonum Sanctiones vetamus (3), aliaſque etiam non ſtrepitoſas ſub pœna ducatorum quatuor prò qualibet vice locis Piis erogandorum. Nequè hoc, alioque prætextu ullum (4) armorum genus de die, vel de nocte deferant, ſub pœnis amiſſionis eorumdem, nècnon ducatorum decem pro primà vice, poſtea ducatorum viginti quinque ut ſupra applicandorum.

XVIII. Convivia ſecularia ſcandaloſa fugiant, tabernas ſub pœnà carceris, & trium ducatorum prò qualibet vice, niſi itineris neceſſitate compulſi, non ingrediantur, & tùnc vino, in quo eſt luxuria modicè utantur.

XIX. Cho-

(1) *Leo X. in Concil. Lateran. ſeſſ. 9. c. 9. Bull. S. Pii V. 135. & alibi.*

(2) *Seſſ. 22. c. 1. de reform. c. dolentes de celebr. Miſſ. c.* Clerici *officia de vit. & honeſt.* Cler. *Gavant. in manual. Epiſc. verbo Clericus.* (3) *c. 1. de* Cler. *venat. c. Eſau. diſt. 86. c. 1. ne Clerici, vel Monac.* (4) C. *Clerici arma de vit., & honeſt.* Cleric. *c. quicumque ex* Clero *23. qu. 8.*

Digitized by Google

XIX. Choræis, ſpectaculis ſcœnicis, aliiſque cœtibus, ubi turpia, obſcena, vel indecora exprimuntur, nullo modo interſint (1): Ipſi autèm Clerici, vel in Sacris conſtituti, in prophanis comædiis recitantes, aut laruati in publicum prodire audentes, & denique publicè, aut domi coram mulieribus, aut ſecularibus etiam non laruati ſaltantes, in pœnam incidant ad arbitrium noſtrum, & ſuſpenſionis reſpectivè in ſubſidium.

XX. Nocturno tempore domi Eccleſiaſtici omnes ſe contineant, & deambulantes poſt duas noctis horas per Civitatem hanc, vel Oppida Diœceſis abſque legitimà cauſa, in pœnam incurrant ducatorum viginti locis etiam piis erogandorum; niſi ratione officii, & animarum curata neceſſitas contrarium ſuadeat.

XXI. Nemo inſupèr ex præfatis Eccleſiaſticis, per eamdem Urbem, & Terras Diœceſis baculum, niſi itineris, ætatis, vel valetudinis cauſa, præ manibus geſtare ſub arbitraria pœna audeat, & contra utroſque inobedientes per inquiſitionem quoque procedetur.

XXII. Nullus ex iiſdem noſtræ Epiſcopali Dignitati ſubjectis, ab hàc Civitate, Nobis, & Vicario noſtro Generali, vel Vicariis Foraneis inconſultis (2) ab Oppidis diſcedat, quatenùs nempè extrà Diœceſim aliò migrare ultra dietam unam intendat; neque eo caſu ſub eadem pœnà petita licentia, niſi realiter eam obtinuerit, eidem ſuffragetur.

XXIII. Clericis, cæteriſque Eccleſiaſticæ militiæ adſcriptis, qui non poſſunt Deo ſervire, & mammonæ, negotiationes quaſcumque per ſeipſos, vel per (3) alios exercendas interdicimus (4), undè ſi inobedientes Clerici ſint, privilegium Clericale amittant, & ſi beneficiati, in pœnam ducatorum viginti locis Piis &c. confeſtim incurrant; Si verò Sacris initiati, pœna ducatorum quinquaginta locis Piis &c., & in ſubſidium ſuſpenſionis (5) punientur.

XXIV. Iidem verò Clerici, nec artem medicam abſque noſtrà licentià per hanc Venuſinam Diœceſim exercere poſſint ſub iiſdem pœnis.

XXV. Abſit ab Eccleſiaſticis noſtris qui ſunt gaudium & Corona noſtra, perjurium, quod ſcelus adeò execrabile eſt, ut homicidio

 ſpon-

(1) C.*Clerici Officia de vit.& honeſt. Cleric. c. Presbyteri diſt.34. c.Epiſc. diſt.35. c.non oportet diſt.5. de conſecr.& alibi*. (2) *ibid.Gau.num.* 41. (3) *C.negotiatorem* 88.*diſt.c.fin.de vit. & honeſt.* Cler. (4) *DD. in c.1. verbo conducere de* Cler. *vel Monac. Genuenſ. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap.62. num.*6. Conc.*Trid.ſeſſ.*22.*de refor. c.1.* (5) Conc. *Trid. ibid.*

ſpontè commiſſo comparetur (1) : quid enim deteſtabilius, quam ſuper falſa re in teſtem vocare Deum ipſum, qui eſt veritas infinita? unde Jeremias (2) inquit: *Jurabis: vivit Dominus, in veritate, & in judicio, & in juſtitià*; perjurium autem, *mendacium eſt juramento firmatum* (3), *vel juramentum veritate deſtitutum*, quapropter ſi quis ex Clericis in illo deliquerit, in pœnam ducatorum quadraginta ſe incurriſſe noverit, inque alias ad Noſtrum arbitrium declarandas, & in excomunicationem, vel ſuſpenſionem in ſubſidium.

XXVI. Concubinatus gravè delictum (4) ab eis omninò arceatur, & ſi poſt trinam monitionem non paruerint, prima vice tertia parte fructuum privati exiſtant, ſecunda autem ſpreta, fructus omnes in ſequeſtro appoſitos eo ipſo amittant; & ſi tertiò moniti, non reſipiſcant, beneficiis omnibus, ac pentionibus ſi quas poſſident expoliati, ac privati perpetuò exiſtant; poſteàque excomunicationis fulmine, ſi opus ſit, quoque punientur, nècnon ſuſpenſionis juxta facti circumſtantias, ut in Tridentino Concilio (5) cavetur, mulctabuntur.

XXVII. Quam ob rem nemo illorum mulierem aliquam, etiam in figura famulæ, niſi in maturà ætate quadraginta annorum completorum conſtitutam, de qua nulla ſuſpicio haberi poſſit, in domo abſque noſtrà licentià detinere (6) audeat, ſub pœna ducatorum triginta locis Piis &c., aliiſque àrbitrio noſtro per Canonicas Sanctiones (7), relictis carceris, vel ſuſpenſionis a Divinis in ſubſidium; exceptis tamèn illis quæ eiſdem Clericis ſunt conjunctæ, & præcipuè in ſecundo conſanguinitatis, vel affinitatis gradu, nempè matribus, Avis, Sororibus, Materteris, Amitis, Fratrum, & Sororum filiabus, necnon fratrum filiorumve uxoribus (8).

XXVIII. Monemus inſupèr, ùt omne incontinentiæ periculum, ac ſuſpicionem cautè vitantes (9), extraneorum quoque fœminarum ædes, familialitates, congreſſus, ſecreta colloquia quovis officii, aut pietatis prætextu nullatenùs frequentent.

XXIX. Bona ſuorum beneficiorum Deo militantes fideliter cuſtodiant, nèc aliena (10) uſurpent.

XXX. Pu-

(1) C. *prædicandum* 22. *qu*.1. *l. de perjurio ff. de crim. Stellion.*
(2) *Jerem. c.*4. (3) *Clar. in* §. *perjurium in princip.*
(4) *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de refor. matrim. c.* 8.
(5) *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de reformat. c.* 14.
(6) C. *interdixit* 32. *de vit.,& honeſt. Cleric.* (7) *Concil. ibidem.*
(8) C. *cum omnibus* 81. *diſt.* (9) C. *Clericus,& Canon. Cler. diſt.* 81.
(10) *Trid. Conc. c.* 11. *ſeſs.* 22. *de reform.*

Digitized by Google

XXX. Publicis Univerſitatum Secularium Conſiliis non interſint, nec earum negotiis ſe immiſceant.

XXXI. Tabellionatus in prophanis rebus officium non capeſſant. Nec Advocati, vel Procuratoris extrà (1) caſus à jure permiſſos, & abſque noſtrà licentià munus ſuſcipiant; nec paritèr fidejuſſionibus pro Laicis ſine dictà licentià inſerviant.

XXXII. Non aliis præcipuè Secularibus, vel fœminis in vili occupatione (2) famulentur, aut in arte Seculari, præſertim inhoneſtà, vel ſordidà verſentur; qui verò in præmiſſis deliquerit, ſe pœnis Canonicis, aliiſque arbitratu Noſtro ſeverè puniendum noverit.

XXXIII. Omnes denique Religiosà diſciplinà compoſiti exiſtant, & contentioſi, ſeditioſi, maledici, obtrectatores, fratrum profectibus invidentes (3), Eccleſiaſticam quietem, & Secularium etiam perturbantes, noſtram diſtrictionem non impunè provocabunt.

XXXIV. Iidem Clerici non doceant mulieres etiam illuſtres legere, aut ſonare, niſi ob ætatem, & mores (4) approbarit Epiſcopus, alias ad arbitrium punientur.

TIT. XI.

De Parochorum Officio.

Animæ, quas Chriſtus (5) acquiſivit ſanguine ſuo, omnibus earumdem curam gerentibus præcipuè commiſſæ ſunt, ideòque proprium gregem iidem agnoſcere debent, ac pro ovibus Sacrificium offerre, verbique Divini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, & morum exemplo illas (6) paſcere. *Bonus etiàm paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis* (7), nempè diligentia, vigilantià, & ſolertia, huic muneri, in quo Dei coadjutor eſt (8) ſatisfacere; memor quippe de creditis ſibi ovibus ſeverò Judici in extremo examinis die, diſtrictam redditurus rationem.

Altiſſimum ergò id onus Angelicis humeris formidandum, ta-

lem,

(1) C. *Te quidem* 11. *quæſt.* 1. *c.* 1. *de fidejuſſor.* (2) *C.*2. *ne Cler. vel Monac.* (3) *C. ſi quis diſt.*90. *c. accuſatores c. Seditionarius c.* Cler. *maledicus c. invidens diſt.* 46. (4) *Gau. in man. verb.* Cler. *num.* 68.

(5) *Acta Apoſtol. c.*20. *v.*28. (6) *Can. Sicut.*8. *qu.* 1. *c. præcipue* 1. *qu.*1. *Conc. Trid. de refor. ſeſſ.*23. *cap.*1. (7) *Joan.*10. & 11.

(8) *Clem. X. in Synod. Camerin. hoc tit. pag.* 134.

lem, tantamque noſtra in mente ſollicitudinem excitat, ut licèt omnia huc uſque ſancita ad rectam paſtoralis officii adminiſtrationem pertinere dignoſcantur, non ſatis tamèn muneri noſtro adhuc factum cenſemus, niſi alia hic animarum Rectoribus diſertiùs, ac firmiùs dicamus.

I. Parochos itàque admonemus & hortamur, ut Divinorum præceptorum memores, *factique* (1) *forma gregis ex animo*, in judicio, & veritate paſcant, & regant: Pauperum, Orphanorum, aliarumque miſerabilium perſonarum (2) curam paternam gerentes, non mercenariorum more, ſed gregi invigilantes, in paſtoralia Sanctè incumbant.

II. Sciant proindè omnia ſuperiùs de vita, & honeſtate Clericorum præſcripta, ad ipſos potiſſimùm pertinere, qui ad ſublimiorem honoris gradum aſſumpti, & quaſi in ſpecula conſtituti, vitæ integritate, ac Sanctimonia reliquis ante ire tenentur.

III. Propterea, quæ ſuprà decernimus de Divini Verbi prædicatione, de Chriſtiana doctrina edocenda, de Feſtorum, & jejuniorum indictione, præſertim verò de Sacramentorum adminiſtratione, eorumque etiam munere, exactiſſimè calleant, ac diligenter, ut par eſt, exequantur; crebrò omnia hæc legentes, & non ſolum, quæ ad ipſorum officium, verùm etiam, quæ ad populum ſpectant relegentes.

IV. Habeant ſinguli eamdem ob cauſſam noſtras hasce Synodales Conſtitutiones, quas illis poſtquam fuerint evulgatæ, diſtribuere curabimus, ac præter eas ſummam aliquam Caſuum Conſcientiæ, vel Canonum, Concilium Tridentinum, Catechiſmum, & Rituale Romanum apud ſe diù, noctùque retineant, aſſiduoque ſtudio revolvant, ut ità ad propria munia ritè obeunda inſtruantur.

V. In futuris Viſitationibus, Deo dante, quolibet anno faciendis, hos libros Nobis, vel Vicario noſtro, ſub pœna ducatorum decem exhibere teneantur; ultra alias pœnas arbitrio noſtro infligendas, ſi illis carere quandòque deprehenſi fuerint.

VI. Pios alios Aſceticos libros percurrant, ut eorum muneri abſque ignorantia (3), ſed ubertim poſſint ſatisfacere. Abſque legitima cauſa à nobis, vel Vicario noſtro Generali approbanda nunquam a tali cura recedant. Animarum curam ſibi commiſſam per ſe ipſos adminiſtrent, & reſidere omninò (4) teneantur; ſic enim admonet, & præ-

(1) 1.*Petr.*5. (2) *Conc. Trid. ſupracitat.*
(3) C. *ignorantia c. quæ ipſis* 38. *diſt.*
(4) *Conc. Trid. ſupracit. d. c.* 1. *§. eamdem.*

& præcipit Spiritus S. (1) *Rectorem te poſuerunt, curam illorum habe, & omni curâ recumbe*, quâ de re cum abſque causa prius per nos cognitâ, & probata, eos per aliquod temporis ſpatium abeſſe contingerit Vicarium idoneum a nobis approbandum cum debita mercedis aſſignatione (2) relinquant.

VII. Abſentes abſque noſtrâ licentiâ, ſi per edictum citati, etiam non perſonaliter, contumaces fuerint, Eccleſiaſticis cenſuris; ſequeſtratione, ac ſubtractione fructuum, aliiſque (3) juris remediis, etiam uſque ad privationem reſpectivè, contra eos procedemus.

VIII. Volumus inſupèr, ut de Parochialibus in hàc Venuſinâ Diœceſi a Nobis proviſi, cum primum in poſſeſſionem admiſſi fuerint præter juramentum obedientiæ ergà Apoſtolicam Sedem, & Nos, noſtroſque Succeſſores, ac benè conſervandi bona Eccleſiæ, nobis exhibendum, jurare quoque teneantur ſuper eorum reſidentia, ad formam S. Pii V. laudabilis (4) Conſtitutionis ſub anno 1568. emanatæ.

IX. Potentes etiam ſint in doctrina ſana (5) exhortari, & eos qui contradicunt redarguere, Sacerdotalis ſeveritatis non immemores.

X. Culparum vulnera tanquam fideles canes ſalubriter, & miſericorditer lingere procurent, quod ſi tam ſalutarem curam nonnullæ animæ multa vitiorum febre freneticæ, & in medicum inſanientes reſpuerint, tunc muti canes non ſint, ſed audacter in omnes criminoſos, blaſphemos, & cæteros de quibus ſuprà loquuti fuimus, (6) latrent, arguant, & reprehendant; pertinaces verò poſt ſuaves, paternaſque expletas monitiones, Nobis, aut Vicario noſtro pro opportunis remediis habendis confeſtim denuncient; quà de causa omnes Parochi, bis, vel ſemèl in anno ſtatum eorum Parochiæ ſub pœnis ad arbitrium relaxandis exhibere prorsùs teneantur.

XI. Si populo ſibi commiſſo ob Parochiæ tenuitatem, temporalibus ſubſidiis ſubvenire non poſſint, Spiritualibus attamèn auxiliis opitulentur; Ideòque pro illis orare, ac Sacrificium offerre non (7) prætermittant, adeòut Dominicis diebus, & Feſtis de præcepto pro populo, ut etiam ſupràdictum eſt, celebrare teneantur (8).

XII. Pias

(1) *Eccleſ. 32. 1. 2.* (2) Conc. *Trid. ibid. c. licet de elect. & elect. & pot. in 6.* (3) Conc. *Trid. ſub Paulo III. ſeſſ. 6. de refor. c. 1. & ſub Pio IV. d. ſeſſ. 23. c. 1.* (4) *S. Pii V.* Conſt. *Cupientes in Bull. in ord. la 65.*

(5) *ad Tit. 1. x.* (6) *Iſa. 56. x. c. ſit Rector 43. diſt.*

(7) Conc. *Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 1.* (8) *S.* Cong. Conc. *in Hydrunt. 13. Febr. 1639. in* C*luſin. 5. Julii 1670., & paſſim alibi.*

XII. Pias Catholicæ Eccleſiæ conſuetudines,& ſacros Ritus quotannis recurrentes, omninò in eorum Eccleſiis, & alia ſimilia, brevitatis cauſa prætermiſſa, obſervent.

XIII. Hortamur eoſdem, ut devotionem recitandi ter in hebdomada Roſarium Beatiſsimæ Virginis promoveant, & ubi illa frequentatur, conſtantiſsimè exerceatur.

XIV. Templorum, & Altarium cultum, ſacrarumque ſuppellectilium nitorem (1), atque honeſtatem à ſeipſis præcipuè requirendam meminerint: Ædes quoque Parochiales (2) conſervare, & collabentes reparare pro viribus curent,& bona ſuarum Eccleſiarum, ut alibi præſcripſimus, tueantur.

XV. Jurgia inter Subditos exorta monitis componere (3) ſtudeant, aut certè ad Nos, vel Vicarium Noſtrum deferant quantum fieri poterit Dei auxilio dirimenda.

XVI. Contentiones inter Parochos propter eorum officia, jura, & præeminentias oriri ſolitas, quæ populo ſcandalum afferunt, Nobis, aut eidem Officiali noſtro denuncient, prout de jure decidendas; Interim verò functiones quæcumque, factis hincindè ſolitis proteſtationibus, ſub pœna ducatorum decem locis piis &c. minimè retardentur.

XVII. Sex vetuſtæ Civitatis hujuſce Parochiæ, quas infra in Venuſinis hiſtoricis monumentis perluſtramus, Matrem hanc Beati Andreæ Cathedralem juxtà illius Conſtitutiones perpetuò agnoſcant, & quæ hactenùs circa ejuſdem prærogativas obſervarunt, in univerſum quoque adimplere teneantur.

XVIII. In ſingulis autem Parochialibus Eccleſiis, omnia quæ ad Scripturas, Inſtrumenta, ſacrarum Reliquiarum probationes, & cætera ſimilia pertinent, diligenter adſerventur; quod, & fieri mandamus de Parochialibus libris antiquis, & recentibus, nimirùm Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimonia contrahentium, mortuorum, ac ſtatus Animarum ſub pœna ducatorum viginti quinque locis piis, &c. & ſuſpenſionis in ſubſidium contrà negligentes; ſi eorum culpa dicti Codices deperdantur, vel non retineantur, aut in illis prædictorum nomina deſcripta minimè reperta fuerint.

XIX. Libros hos in ſanctis Viſitationibus, Nobis, aut Officiali Noſtro Generali exhibere ſub iiſdem pœnis omninò teneantur.

XX. De-

(1) *Can. pulchra diſt.* 86. (2) *Conc. Trid. ſeſſ. de reform. c.* 7.
(3) C.*Studendum*, & *c. placuit* 90. *diſt.*

XX. Defuncto aliquo animarum Rectore; hæredes, Codices illos fortaſſe in hæreditate repertos, ſucceſſori Parocho ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ intrà terminum unius menſis tradere debeant. Eodem etiam caſu de prædictis omnibus, ac de Parochi obitu, Vicarii Foranei Nos certiores facere ſub indignationis Noſtræ pœna non prætermittant.

XXI. Meminerint denique Parochi, Caſuum Conſcientiæ collationes in hac Urbe haberi ſolitas, & alibi per Diœceſim, ſub mulcta arbitratui Noſtro decidenda, non prætermittere, ad quas quidem Clerici, & in aliis ordinibus conſtituti accedere etiam debeant, ſciantque illos ad laudabilem Conventum hunc pergentes, libentiùs ad alios Ordines promotum iri, vel in vacaturis Dignitatibus, & Canonicatibus, qui frequentiores fuerint, apud Sanctiſsimum Dominum Noſtrum peculiari commendatione dignos habitum iri.

TIT. XII.

De Canonicis, Officio Divino, Choro, Eccleſiarum Miniſtris, & Archivis.

SAncti quoque timere jubentur (1), ut in conſpectu Angelorum pſallentes (2) ſerviant Domino, eique exultent in timore, ac tremore faciem velantes ſuam (3). Ut ergò ſit (4) jucunda, decoraque laudatio, probatiſſimos eſſe laudaturos oportet, cum non ſit *ſpecioſa* (5) *laus in ore peccatorum*, in quos terribilis iraſcitur ille, *qui aufert ſpiritum Principum, inquirens quare juſtitias* (6) *ejus enarrent*, & ſacra verba ſua per ora indigna aſſumant: Proindeque pura conſcientia, humiles preces fundere in conſpectu Domini, & perfectos eſſe eos decet, metuentes priùs iram ejus, nec non ſanctum, & terribile nomen, Divinamqne ejuſdem præſentiam, maximè illos, qui Divinis laudibus ſunt in Eccleſiis perpetuò dicati (7). Tunc enim demiſsè aliud cogitare non debent, quàm quod proferre incipiunt, ac annunciare proſequuntur, & ſic Dominus ad illos adjuvandum feſtinabit.

(1) *Pſ.* 33. x. (2) *Pſ.* 137. 1. & *Pſ.* 2. & 11. (3) *Chriſoſt. apud Metaph.* (4) *Pſ.* 146. 1. (5) *Eccleſ.* 5. 9. (6) *Pſal.* 49. 16.
(7) *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. *Nicol. in flos. verb. Canonici.*

Digitized by Google

De Canonicis itaque, aliiſve Choro inſervientibus, vel Eccleſiæ Miniſtris, hæc, quæ Noſtram ſollicitudinem, Sanctiſſimi etiam Patris Noſtri BENEDICTI XIII. mandato Nobis oretenùs in Alma Urbe communicato impellunt, præcipimus, firmèque ſtabilimus.

I. Preces, & Canonicæ horæ, quas præfati omnes recitare tenentur ſub peccati lethalis pœna, & fructuum ſuorum beneficiorum amiſſione (1), ad formam Breviarii Romani juſſu Sancti Pii V. editi, adimpleantur, nec præcipiti lingua involvantur, ſeù glomerentur, ſed devotè, attentè, & ſapientèr illas pſallere recordentur, cum ſcriptum ſit *Pſallite Domino ſemper*, *Pſallite ſapienter* (2).

II. De Canonicatibus proviſi, antè capiendam poſſeſſionem, in manibus noſtris, vel Vicarii Generalis, ſicuti quicumque alii Beneficiati, jurare debent de fideliter bonis, juribuſque Capituli, & Eccleſiæ tuendis, de ſervitio eidem præſtando, aliiſque præſcriptis in ſolita formula juramenti, ac profeſſionis fidei, etiam intra duos menſes in manibus Noſtris, vel Vicarii Generalis emittendæ (3).

III. Canonici, cæterique hujus Cathedralis, aut Collegiatæ Choro addicti, modeſto inceſſu ad Eccleſiam ſe conferant, & in proprio ſtallo ſedeant, ſi qui verò negligentes fuerint, vel extra propria ſedilia ſederint, durante officio, vel Miſſa Conventuali, punctari debeant, ſervato ordine infra appoſito, eademque pœna plectantur omnes in choro tunc temporis loquentes, & ſine reverentia, ac modeſtia exiſtentes, memoria retinentes eos pſallere Deo in conſpectu Angelorum. Itaque tunc veſtibus convenientibus, ſeù ſuperpelliceis cum ſuis ſignis, ac biretro, abſque tamen cæſarie unuſquiſque permaneat, etiam in diebus ferialibus ſub pœna amiſſionis diſtributionum illius diei.

IV. Tranſeuntes antè ſacras Reliquias, reverentiam exhibeant, & ad Altare majus humilitèr ſe inclinent, nullique recedere liceat à Choro ante officium expletum, niſi muneris ſui exequendi neceſſitas alitèr exegerit.

V. Dum recitatur officium, omnes ſedeant, omnes aſſurgant, caput detegant, & genua flectant, proùt officii ratio poſtulaverit; & meminerint omnes proprio ore Pſalmos apertè pronunciare, & tunc etiam non colloquantur, neque literas legant, non dormitent, neque rideant, verùm decora talari veſte, linea cotta dealbata, ſuiſque

(1) *Conc. Mediolanen. 1. q. 2. tit. de rat. Divin. Offic.*
(2) *Pſ. 46. 8.* (3) *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 12.*

ſuiſque ſignis cum gravitate ſacra verba canent, & meditentur, & meditando canant.

VI. Nullus, Epiſcopo celebrante, vel ad Divina, Chorum interveniente, etiam ſacrum faciendi gratia a Choro abſit, niſi in caſu præſcripta in Ceremoniali Romano obſervari mandamus, circa Epiſcopum deducendum in Eccleſiam, tunc enim Dignitates, & Canonici, Clericique omnes, ut moris eſt ad noſtras Ædes convenire debent, ad quas etiam poſteà (1) reducere teneantur ſervatis omnibus de more ſervandis.

VII. Statis diebus ſolemnioribus, Divinum Officium nedùm recitetur, ſed etiam ſecundum hujus Noſtræ Matris Eccleſiæ conſuetudinem, aſſueta pauſa, altaque voce cantetur, & hanc methodum cæteræ Eccleſiæ Diœceſis omninò ſequantur, ac pro tali effectu ubique Campanæ pulſentur.

VIII. Non ſolum autem id fiat recitandi cauſa dictas horas Canonicas, verum quoque fiat ter in die, ſcilicet antelucanis, meridianis, & veſpertinis horis, ternis ictibus campanarum, ut audientes ſonitum illum genuflexi ſalutationis Angelicæ recordentur, eamque recitare non prætermittant, ſacras a Pontificibus, & præſertim à Regnante Chriſti Vicario (2) Indulgentias pro hac devotione conceſſas lucraturi. Id quidem Campanæ majoris ſonitu in Cathedrali, ac majoribus hujus Civitatis, & Oppidorum Majoribus Eccleſiis fieri præcipimus.

IX. Recurrentibus ſolemnioribus feſtivitatibus, addantur dictis pulſationibus ſonitus alii pro feſtiva talis diei ſignificatione; quod pariter faciendum erit in prima noctis hora, antequam pro defunctis pia orationum ſuffragatio annuncietur.

X. Campanarum pulſationes (3) ab antiqua Eccleſiæ conſuetudine ad excitandum Fideles, ut Domino, Diviniſque rebus aſſurgant, piè ſunt adinventæ, idcircò Sacriſtæ, vel alii Sacrarum Turrium Cuſtodes, ſolertes ſint, & ſtatutis horis illas pulſare non omittant.

XI. Si Canonici ex conſuetudine, vel ex pia hominum diſpoſitione Miſſam ſolemnem, aut Veſperas in aliena Eccleſia celebrare intendant, id, niſi prius in propria ea, quę ad Divina Officia pertinent adimpleverint, præſtare non poſſint.

XII. Nobis in Sacris Functionibus quatuor Dignitates, & alii

(1) *Sac. Cong. Rit. anno 1606., & 1607., & alibi paſſim.*

(2) *Ex Brev. SS. D. Noſtri Roma edit. die 14. Septemb. 1724.*

(3) *Rocc., & alii de Camp.*

Canonici, niſi legitima urgeat in contrarium cauſa, ut ſuprà de Sacramento Pœnitentiæ innuimus, de more aſſiſtere debeant, ſub pœna arbitratui Noſtro reſervata; & tunc Clerici omnes, ut alibi dictum eſt, intereſse devotè meminerint.

XIII. Dignitatibus, Archipresbyteris, aliiſque ſimilibus, etiam Oppidanis Sacrum ſolemniter facientibus, ii aſſiſtant, qui de Jure, aut Conſuetudine aſſiſtere tenentùr ſub pœna amiſſionis diſtributionum illius diei, & alia ad Noſtrum arbitrium.

XIV. Inter Miſſarum ſolemnia, vel Veſperas, Altare erit thurificandum, itemque ſex Candelæ (1) accenſæ retineantur.

XV. Tempore Quadrageſimali, & Adventus, unuſquiſque ex Dignitatibus, Canonicis, & Clericis proprium onus adimpleat, & Capitulares omnes ſacris Concionibus habitu Chorali ſub dicta pœna amiſſionis diſtributionum ejuſdem diei, aliiſque, ut in titulo de prædicatione Verbi Dei (2) cautum fuit, interſint, itemque Ritus omnes dictis Quadrageſimæ temporibus, & in majori Hebdomada obſervari ſoliti, ſub eadem mulcta non prætermittantur.

XVI. Muſicæ præfecti in Noſtra Cathedrali, vel in aliis Eccleſiis hujus ditionis nullam modulationem indecoram, nec quicquam prophanum, ac vernacula lingua verſus, ſed tantùm latinos ab Eccleſia Romana approbatos cani permittant. Cæteri verò Cantum Gregorianum calleant, ut ad ritè horas Canonicas recitandas, idonei reddantur.

XVII. In Punctatores inſuper deputati, eorum officium diligentèr, fidelitèrque expleant, iidemque quotannis à Capitulis per vota ſecreta ſub pœna ducatorum viginti conſtituantur, quique proindè eos, qui Miſſæ ſolemni, Divinis Officiis, Litaniis, & Proceſſionibus, ut ſuprà induti, non omninò, aut intempeſtivè interveniunt, vel ſupradicta non adimplent, dummodò juſta cauſa non adſit, in libro decenti, & cartulato ſpecialiter ad hoc deſtinato notent, & Canonicis anno quolibet, vel ad eorum nutum illos oſtendant.

XVIII. Si autem Punctatores malitioſè contumaces non punctaverint, vel punctaturas è libro delere, vel addere præſumpſerint, eo ipſo, ſi Sacris initiati extiterint, ſuſpenſionis, ſin ſecùs excomunicationis pœnam incurrant.

XIX. Qui verò ex Capitularibus, vel ſervitio Eccleſiæ addictis punctaturas non curaverint, & his non obſtantibus reſidere, aut reſpectivè

(1) *S. Cong. Rit. menſ. Aug.* 1595. (2) *Can.* XV.

ſpectivè intereſſe renuerint, pœnis à Sacris Canonibus, & in Tridentino Concilio (1) decretis mulctabuntur.

XX. Quum verò omnes Cathedralis noſtræ quatuor Dignitates, nempè Archidiaconus, Archipresbyter, Cantor, Primicerius], & viginti Canonici, propriis honorificis ſignis exornati, cæterique beneficiati, & plures eidem Eccleſiæ ſupra triginta circiter addicti, necnon alii aliarum Eccleſiarum Diœceſis ad reſidentiam teneantur; idcircò eos monemus, ùt apud eaſdem aſſiduè reſideant, ſciantque gravibus contra illegitimè abſentes præfatis pœnis, Nos ſeveriſſimè proceſſuros fore.

XXI. Ut autèm Divina eadem officia, & aliæ Sacræ functiones recitentur, ac celebrentur in hac Cathedrali Eccleſia, inque aliis noſtræ Diæceſis ſtatutis, debitiſque horis, & abſque confuſione ſingulis anni menſibus peragantur, ſubſcriptam horariam Tabulam, ſeu Tabellam perpetuò duraturam, nècnon ſequentem ordinem circà dictas punctaturas confici, atque evulgari curavimus.

XXII. Præterea cùm à Chori directoribus, tùm ab Eccleſiarum Majoribus Sacriſtis, adamuſſim omnia hæc reſpective obſervari decernimus; itaùt pro Divinis Officiis canendis, dato horæ præſcriptæ ultimo Campanarum ſigno, pulſataque de more campanula appenſa antè fores Sacriſtiæ, expectato demum tanto temporis intervallo, quanto Beatæ Virginis Litaniæ recitari poſſent, ſtatim poſteà nemine cujuſcumque gradus expectato, ab iis, qui intervenerint pſalmodiæ inchoentur, ſub pœna in caſu controventionis ducatorum viginti per Sacriſtas præfatos qualibet vice incurren, & locis Piis applican.

XXIII. Juxtà Sacrorum Rituum præſcriptum, ab hymno Angelico Miſſæ Feriæ Quintæ in Cęna Domini, per totam Paraſceven, cum tunc non celebrent amici, quia trucidant inimici, & Eccleſia ob Dominicæ mortis memoriam tota in luctu, mæſtitiaque ſedeat, conquieſcat omnis prorsùs quarumlibet Campanarum ſonitus, illæque fuſiſſimè tandem ſolvantur in exploſione ejuſdem hymni Angelici in ſolemni Sabàti Sancti Sacrificio, ut reſurgenti eidem Redemptori plaudatur, & in Civitate à Cathedrali fuſus Paſchalis letitiæ ſonitus accedat, cui jus primarium eſt attributum, & per univerſam Diœceſim ſingulorum Oppidorum, ſeù locorum Matricibus jus idem eſſe ſtatuimus, ita ut neque Regulares, neque alii qualitercumque exempti, ſeu privilegiati Clerici, aùt Laicorum

(1) *Conc. Trid. cap. 12. de refor. ſeſſ. 24. cit.*

eorum Confratriæ, pœnam in Lateranenſi Concilio appoſitam (1) ſub Leone X. evadere poſſint ſi ſecus fecerint, cui apprimè conſonat peculiaris quædam reſolutio Sacræ Congregationis Rituum in una Venuſina ſub die 30. Septembis anni 1614. emanata (2).

XXIV. Idem etiam ſervari volumus cùm pro aliquo pergrandi Dei beneficio publicè collato, ſolemnis gratiarum actio in Cathedrali Noſtra erit peragenda, vel in Majoribus Beatiſſimæ Virginis, ac SS. Feſtivitatibus, aut Beati Andreæ Protectoris, & Patroni, Feſtum cebrabitur.

TA-

(1) *in Bullar. tom. 1. in ord. la 22. §. 14.* (2) *Extat reſolutionis Decretum in libro manuſcripto penès D. Nicolaum Ranerium Cathedralis Archipresbyterum pag. 26.*

Digitized by Google

XXV.

TABELLA

Delle ore nelle quali ſi deve entrare in Coro à recitare Matutino, Terza, e Veſpro.

MESI DELL' ANNO		MATUTINO	TERZA	VESPRO
Gennaro	Decembre	Hor. 15	Hor. 17	Hor. 21
Febraro	Novembre	Hor. 14½	Hor. 16½	Hor. 20½
Marzo	Ottobre	Hor. 14	Hor. 16	Hor. 20
Aprile	Settembre	Hor. 13½	Hor. 15	Hor. 20
Maggio	Agoſto	Hor. 12	Hor 14	Hor. 21
Giugno	Luglio	Hor. 11½	Hor. 13	Hor. 20½

XXVI.

Per li Veſpri, e Compiete della Quareſima.

Nella Quareſima il Veſpro ogni giorno Feriale ſi reciti immediatamente dopo la Predica, o terminata la Meſsa Feriale, quando però non vi ſarà la Predica. Le Compiete poi ne' giorni Feriali di Quareſima ad'ore 21.

XXVII.

Avertimenti alli Sagreſtani per ſuonare:

Il Sagreſtano adunque dovrà dare i ſoliti tre ſegni colle Campane, interponendo fra un ſegno, e l'altro un quarto d'ora in circa, e li ſegni ſiano lunghi proporzionalmente, e dopo dato l' ultimo ſegno con le campane vi ſia mezo quarto d'ora d'intervallo, e di poi per lo ſpazio, che ſi potrebbono divotamente, & ad aggio recitare le Litanie della Vergine, ſi ſuòni il Campanello, acciò tutti ſi trovino pronti ad entrar in Coro.

XXVIII.

Ne' giorni Feſtivi, dopo che ſarà terminata Prima, ſtiino per l'intervallo d'un ora, e poi ſuonino, Terza, acciò ogn'uno abbia il commodo di andar a celebrare la Santa Meſſa. TA-

Digitized by Google

XXIX.

TABULA, SEU' TABELLA

Illorum, qui aſſiſtere. & inſervire tenentur Dignitatibus Cathedralis Eccleſiæ Venuſinæ in Miſſis Majoribus in Feſtis ſolemnioribus juxtà ordinem, & præcedentiam Eccleſiæ prædictæ.

Ad aſſiſtentiam per Illuſt. & Ad. Rev. D. Archidiaconi.	*Ad aſſiſtentiam per Illuſt. & Ad.Rev. D.Cantoris.*
Duo Primi Cappellani de numero participantium.	Duo Cappellani ſubſequentes de numero participantium.
Ad aſſiſtentiam per Illuſt. & Ad. Rev. D.Archipresbyteri.	*Ad aſſiſtentiam,per Illuſt. & Ad.Rev. D.Primicerii.*
Duo Cappellani ſubſequentes de numero participantium.	Duo Cappellani ſubſequentes de numero participantium,

OR-

XXX.

ORDO SERVANDUS

A Punctatoribus in punctatione abſentium.

Quandò cantat Epiſcopus, vel intervenit.

Si non adſunt Dignitates, vel Canonici, aut Cappellani participantes punctentur.

Ad Veſperas n. 20
Ad Matutinum n. 20
Ad Miſsã cantatã n. 20
Ad Proceſſiones n. 20

Si verò ſunt inſerviẽtes in totum n. 20

XXXI.

Quandò cantant Dignitates in Feſtis ad illas ſpectantibus.

Si non adſunt Dignitates, vel Canonici, aut Cappellani participantes.

Ad Veſperas n. 06
Ad Matutinum n. 06
Ad Primam n. 06
Ad Miſsã cantatã n. 06

Si ſunt inſervientes in totum n. 30

XXXII.

In Hebdomadà Majori, & noctè Nativitatis Domini.

Si non adſunt Dignitates, vel Canonici, aut Cappellani participantes.

Ad Matutinum n. 20
Ad Miſsã cantatã n. 20
Ad ſingulas horas Canonicas, Veſpertinas, & Completorias n. 06

Si ſunt inſervientes in totum n. 30

XXXIII.

In qualibet Proceſſione:

Si non adſunt Dignitates, vel Canonici, aut Cappellani participantes n. 10

Inſervientes verò n. 30

XXXIV.

In Miſſis ſolemnioribus Defunctorum cum Reſponſoriis.

Si non adſunt Dignitates, vel Canonici, aut Cappellani participantes.

Ad Officiũ Defunctorum n. 20
Ad Miſſam Cantatam n. 20

Inſervientes verò in totum n. 30

XXXV.

In funeribus Epiſcoporum Dignitatum, & Canonicorum, ac Patris, & Matris illorum.

Si non adſunt Dignitates, vel Canonici, aut Cappellani participantes

Ad Proceſſionem funerum	n. 20
Ad Miſſam Cantatam	n. 20

Si ſunt inſervientes

in totum	n. 30

XXXVI.

Punctatura ordinaria.

Si non adſunt Dignitates, vel Canonici, aut Cappellani participantes.

Ad Matutinum	n. 02
Ad Primam	n. 02
Ad Miſsā cantatā	n. 04
In horis Veſpertinis, & completoriis	n. 04

XXXVII.

In Lytaniis B. V. Mariæ in primoSabato cujuſcumq; Menſis	n. 20
In completoriis temporeQuadrageſimæ	n. 02
Ad Communionem	n. 06

Quo ad Pœnas.

Ad libitum Rectorum Chori.

XXXVIII. Conſuetudines autem, & Conſtitutiones hujus noſtræ Eccleſiæ Cathedralis, quæ Canonicis Sanctionibus non adverſantur, & præſertim illarum ſeptimam, quæ inveteratam methodum hactenùs ſervatam, & in poſterū ſervandam in pertractandis Capitularibus negotiis præſcribit, tanquàm eiſdem ſacris Canonibus, Apoſtolicis Conſtitutionibus, Decretiſq; Sacrarum Congregationum conformes, & ab eis minimè diſsonantes, approbamus, roboramus, & confirmamus, ipſæque juxtà earum ſeriem, continentiam, ac tenorem (quaſque etiam in præſenti Noſtro Decreto pro expreſſis, de verbo ad verbum inſertis, ac ſpecificè declaratis haberi volumus, & mandamus) obſerventur, debitæque exequutioni demandentur; Capitulareſque omnes, & ſingulos in Domino hortamur, ut recordentur promiſſionis ſolemnis jurejurando per eos factæ circà illarum obſervantiam; quaprôpter contra ipſas peragentes, ultrà perjurium, Omnipotentis Dei, Beatique Apoſtoli Andreæ Titularis, & Eccleſiæ prælibatæ Patroni indignationem totiès, quotiès incurriſſe, & deinceps ſe incurſuros eſſe ſciant.

XXXIX. Decernimus itaque, & mandamus, quod in futurum in pertractandis Eccleſiæ, illiuſque Capituli negotiis, & cauſis in ullo

ullo alio loco id fieri liceat, & poſſit niſi intrà illius Sacriſtiam loco ſolito, apto, & conſueto, præcedentibus tamen ſemper debitis, & opportunis formalitatibus, citationibus, convocationibus, cæteriſque Ritibus de jure, & de conſuetudine ſervari ſolitis, factaque per quos ſpectat negotiorum, & cauſarum tractandarum debita propoſitione, illa, & illæ omni modeſtia, prudentia, placidè, compoſitè, religioſè, voce remiſſa proùt decet, & loco convenit, ac debetur, tractentur, diſcutiantur, concludantur, ac per ſecreta ſuffragia reſolvantur.

XXXX. Omnes, & ſinguli intervenientes proprium votum, & ſuffragium gradatim, incipiendo a prima Dignitate, & ſic per ordinem uſque ad ultimum Canonicum ſine ſtrepitu, clamore, ac fragore reſpectivè aperiant, & præſtent, ac in diſcuſſione nullus antè locum, & gradum ſuum reſpondere audeat, neque præſumat, neque de alia re tunc agi poſſit, niſi de jam propoſita ſolummodò; multòque minus ad rixas, diſſentiones, ſciſſuras, jurgia, aliaque contumelioſa, & ſcandaloſa verba quiſpiam provocetur.

XXXXI. Si ſecùs factum fuerit, ultrà nullitatem, ac invaliditatem actus, & concluſionis, aliaſque pœnas Noſtro arbitratu relictas, talia perpatrantes, voce activa, & paſſiva per triennium tunc proximum indiſpenſabiliter eo ipſo privati exiſtant, & intelligantur.

XXXXII. Concluſiones, & reſolutiones ipſæ, ritè, rectèque in modum præſcriptum, & non alias, aliter, nec alio modo peractæ, illicò in Capitulari regiſtro per Canonicum Cancellarium deſcribantur, fideliterque adnotentur ad perpetuam rei memoriam, neminique extrà Capitulum pandantur, neque publicentur, ſed ſecretè, ac ſub rigoroſo ſilentio à cunctis reticentur, & ſerventur ſub pœna ſuſpenſionis à Divinis eo ipſo incurren., Nobiſque ſolummodò reſervatæ.

XXXXIII. Et unicuique Capitularium omnimoda ſit libertas in exponēdo, & aperiendo pro ſuo arbitrio, & conſcientia votum ſuum ſine ullo metu revelationis, propterea ſtrictè præcipimus, & præcipiendo mandamus omnibus, & ſingulis aliis Eccleſiæ hujuſmodi Eccleſiaſticis, tum in ſacris Conſtitutis, tùm Clericis, quod quandò ſimilia acta Capitularia pertractantur in Sacriſtia, non audeant ad illam, neque propè illam tùm ex parte interiori Eccleſiæ, & Chori, tùm etiam ab extra ipſam ex parte Cæmeterii ſub Sacriſtiæ prædictæ, & Sacrarii feneſtris, neque ex alio quocumque loco ei proximo, & adheren. accedere ad quemcumque finem, & præſertim audiendi ea, quæ in illa tractantur, & diſcutiuntur ſub eadem pœna quoad in

ſacris conſtitutos, quò verò ad Clericos excommunicationis per utrumque acceſſum reſpectivè ipſo facto incurren., Nobiſque tantummodò reſervata.

XXXXIV. Inſuper cùm omni jure cautum ſit electiones, ac deputationes Officialium, & Miniſtrorum Eccleſiæ ad Capitula ſpectantes, nequaquam poſſe fieri per publica ſuffragia; cumque ad Nos deductum fuerit, ita apud Capitulum Noſtræ Cathedralis in praxi eſſe ſignanter in Electionibus, tùm Vicarii Capitularis Sede Epiſcopali vacante, tum Rectorum Parochialium Sancti Martini, & S. Blaſii, quarum cura penès idem Capitulum reſidere aſſeritur, & in aliis quibusvis Capitularibus actibus pro bono ejuſdem Capituli Regimine; Nos igitur Sanctionibus Apoſtolicis inhærentes, ſancimus, & decernimus ex nunc nullas, irritas, & invalidas fore, & eſse electiones, ac deputationes prædictas Vicarii Capitularis, & Rectorum Parochialium ſuperiùs recenſitarum, omniumque, & ſingulorum Eccleſiæ Noſtræ Officialium, & Miniſtrorum, aliorumque actuum palam, ac publice in poſterum faciendas, veluti legibus, Sacrarum Congregationum decretis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus adverſantes (1), proptereaque præcipimus, & mandamus, eas omninò deinceps, ac ſemper fieri debere ſervatis omnibus de jure, & de conſuetudine ſolemnitatibus, ad præſcriptum tamen præcedentis Noſtri decreti, & per ſecreta ſuffragia, & non alias, aliter, nec alio modo ad finem, & effectum, ut eligentes, & deputantes, eorumque ſinguli ſine ullo timore, ac ſubjectione, propriis cum totali libertate ſatisfacere poſſint conſcientiis.

XXXXV. Hæc autem ſervari quoque mandamus in aliis hujus Noſtræ Diœceſis Eccleſiis, præſertim Spinazziolæ, & Forentiæ ſub iiſdem pœnis nullitatis actuum, aliiſque arbitrio Noſtro deſuper contrà inobedientes omnes, tam in dicta Cathedrali, quàm in cæteris Eccleſiis ſeveriſſimè infligendis.

XXXXVI. Procuratores, Adminiſtratores, Oeconomi, Camerarii, Canonicus Cancellarius, vel à ſecretis, cæterique quomodolibet vocentur (excepto Sacriſta majori, aliiſque ad Nos in electione etiam pertinentibus) dictæ Noſtræ Cathedralis, aliorumque Eccleſiarum ejuſdem Diœceſis pro tempore exiſtentes, canonicè ut

ſuprà

(1) *Sac. Congreg. Conc. in una Situlana* 18. *Novembris* 1625. *Sulmonen.* 27. *Novembr.* 1654. *Nolana* 6. *Auguſti* 1655. *Melevitana* 23. *Novembris* 1647., *&* 20. *Septembris* 1698., *& poſtremò in una Venuſina* 13. *Auguſti* 1712.

ſuprà quotannis ſtatis diebus eligantur, & poſt elapſum eorumdem adminiſtrationis annum minimè confirmari poſſint, niſi priùs eorum Rationalibus per Capitulum antea eligendis, adminiſtrationis prædictæ promptè rationem infra dies quadraginta fideliter reddiderint, ſub pœna etiam nullitatis ejuſdem electionis, aliiſque ut ſupra relaxandis.

XXXXVII. Munera autem, ſeù officia adimpleri ſolita in hac Noſtra Cathedrali Eccleſia, aut alibi, quæ honorifica, oneroſa, vel lucroſa aliquandò ſunt, penès unum ſimul collata, ut abuſivè hactenùs obſervatum eſt, non reſideant, ſed diverſis, piis, probiſque Capitularibus unumquodque officium à Capitulo, etiam Canonicè per ſuffragia Secreta anno quolibet conferatur.

XXXXVIII. Poſtquàm fuerint officiales prædicti per ſecreta ſuffragia ſingulis annis ut ſuprà electi, & rationem exactè ſub finem cujuſcumque anni reddiderint, liberationes quoque obtinere debent, & ſi illas non obtinuerint, tales rationis redditiones nullius ſint roboris, ac valoris, & contrà illos Canonici opportunis petitionibus in Curiâ Noſtrâ inſtare teneantur.

XXXXIX. Negotia Capituli, noniſi à Dignitatibus, & Canonicis ut ſupra congregatis expediantur, & reſolutiones per Canonicum Secretarium (1) ſtatim in peculiari libro cum die, menſe, & anno regiſtrentur: ſicùti & quæcumque alia acta Capituli diligentèr referantur, omniaque pertractentur de Eccleſiaſticorum bonorum alienatione, locatione, commodatione, Inventariorum confectione, & renovatione, atque ad Cancellariam Noſtram Eccleſiaſticam tranſmiſſione, Tabulæ, aut Tabellæ Miſſarum in Sacriſtiâ expoſitione, librorumque eidem Tabellæ inſervientium uſu, necnon de Archivorum erectione, librorumque, & ſcripturarum in iiſdem repoſitione, & fideli cuſtodiâ, & ea ſuper his, quæ per Sanctiſſimi Domini Noſtri Concilium, & alias Apoſtolicas Conſtitutiones præcepta, decretaque ſunt, vel à Nobis Superiùs Sancita, denuò confirmamus, & hic quoque cum pœnis ibidem contra inhobedientes ſtatutis, repetita omninò eſſe volumus.

L. Chàrtofilacium hujus Cathedralis ſub pœnâ ducatorum triginta pro ut Juris applican , intrà duos Menſes poſt Synodi publicationem, (ſicuti in Sancta Viſitatione, ut Scripturæ coordinentur, decrevimus) inſtauretur; Claves autèm ejuſdem Archivi juxtà Eccleſiæ hujus conſuetudinem per Archidiaconum, & Procuratorem Capituli reſpectivè retineantur, nempè unuſquiſque ex illis unam-

quam-

(1) *C.1. de iis quæ fiunt à Major.par.Capituli.*

quamque clavem ſeparatim cuſtodiat.

LI. In aliis majoribus Eccleſiis Noſtræ Diœceſis Archiva fideliter adserventur, & ſi quæ non adſint, fieri intra dictum tempus ſub eadem pœna in caſu controventionis omninò jubemus. In illis etiam reſpectivè omnes ſcripturæ, quæ ad Capitula, vel ad Noſtram Menſam pertinent, reponantur, nec ab iiſdem Chartofilaciis ſub excomunicationis pœna aſportentur, vel domi alicujus, cujuſcumque gradus, & dignitatis exiſtat abſque Noſtra licentia retineantur; quinimmò nec cujuſcumque generis ſint ſurripere eadem ſub pœna, vel lacerare aliquis audeat, etiam ſi ſedes hæc Epiſcopalis vacaret, quibuſcumque non obſtantibus.

LII. Quam ob rem Inventarium authenticum omninm dictarum ſcripturarum intrà ſex Menſes à publicatione hujus decreti, Nobis unumquodque Cathedralis, & Diœceſis Capitulum exhibere ſub pœna ducatorum quinquaginta locis Piis &c. teneatur.

LIII. Proceſſus, & alia quæcumque Cancellariæ Noſtræ, vel Menſæ documenta, nemo eàdem Epiſcopali ſede vacante lacerare, aut quomodolibet occupare audeat, aut penès ſe retinere ſub pœnà ſuſpenſionis, vel aliis in dicto Concilio decretis ipſo facto incurrendæ.

LIV. Epiſcopo defuncto dictum Inventarium à Vicario Generali mortui Antiſtitis, & Capitulo viſitetur, novumque Inventarium conficiatur, ubi illud ſcripturarum prædictarum reportetur; quod idem ab omnibus locis Piis Noſtræ Juriſdictioni ſubjectis circa eorum ſcripturas in tuto loco dumtaxat cuſtodiendas fieri præcipimus; & in eamdem pœnam ſuſpenſionis incidant Sacris initiati, vel in excomunicationem latæ ſententiæ Clerici aut Laici, qui poſt Menſem ab evulgatione harum Conſtitutionum manuſcripta Prædeceſſorum Noſtrorum, aut alias ſcripturas, monumenta, inſtrumenta, & cætera quævis documenta ad Noſtram Menſam Epiſcopalem, Eccleſias, vel pia loca hujus Diœceſis pertinentia, ſi quæ penes ſe retinerent, Nobis, aut reſpectivè Procuratoribus, aliiſque illarum Miniſtris non reſtituant, & reconſignent dictis Chartofilaciis reponenda, nam Eccleſiæ theſaurum, pretia (1) peccatorum, & patrimonia pauperum omnî expedit diligentia cuſtodiri. Pars eſt Miniſtrorum (2), qui de altari vivere debent, & quod uni (3) deperit de minoribus ſuis, ſibi negatum computat.

LV. De-

(1) *Cap. quatuor c. de redditibus c. mos eſt* 12. *q.* 1.
(2) *C. Clericus c. cui portio* 12. *q.* 1.
(3) *Matth.* 25. 45.

LV. Denique Procurator pro tempore cujuſcumque Eccleſiæ hujus Diœceſis Archiviſtæ munus expleat, & ſucceſſori fidelem rationem de illo reddere teneatur qui coordinare debeat ſcripturas, ac illas politè cuſtodire.

LVI. Bona ad Epiſcopum, à Predeceſſoribus Noſtris empta, ſpectantia, ſi quæ aliquis occuparet, ſub excommunicationis pœna Nobis reſtituere teneatur, etiam ſi mobilia, ac ſemoventia eſſent.

LVII. Inventarium bonorum omnium Cathedralis Eccleſiæ,ſeù Plateam, vulgò *Cabrèo* appellatam, & nuper a Cathedrali hac confectam, attentè cuſtodiendā eſſe in dicto Archivio præcipimus,neq;ullo tempore extrahi, niſi neceſſitas contrarium faciendum eſſe ſuaſerit, ſub pœna ſuſpenſionis ſtatim incùrren, permittimus, quod & in aliis ſupradictis Venuſinæ Diœceſis Eccleſiis obſervari jubemus, & unaquæque ex illis, plateam prædictam intra ſex Menſes facere, ubi non adſit teneatur, ſub pœna ducatorum quinquaginta locis Piis &c.

LVIII. Noſtram inſuper Plateā à b.m. Epiſcopo Terono incæptā, & per Nos confeſtim propriis ſumptibus abſolutam,quæ omnium bonorum, ac redditumm hujus Menſæ Inventarium continet, nemo etiam, Sede hac Dei nutu vacante, lacerare, & malitiosè occupare præſumat ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ, ſucceſſori Noſtro reſervatæ: Sed illa in Bibliotheca Epiſcopii adſervari debeat cum aliis ſcripturis, literis, munuſcriptis Noſtris, aliiſque documentis, quæ omnia ab eodem loco amoveri non poſſint ſub eadem pœna, uſque dùm Succeſſori Noſtro fideliter conſignentur, quo defuncto, ita etiam deinceps obſervetur.

TIT. XIII.

De Præbenda Theologali.

NE Cœleſtis ille Sacrorum librorum theſaurus, quem Spiritus (1) Sanctus Summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceat, Concilium Lateranenſe (2), ac Tridentinum, (3) pauperum Scholas, & Theologalem Præbendam ſtatuerunt. Quod Sancti quoque Pontifices, & Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium

(1) *Conc.Trid.in decr.de refor. ſeſſ.5.c.*1. (2) *Conc. Later. 3. cap.* 18. *&* 4. *in cap.*111. (3) *Trid. ſeſſ.6. de refor. c.*1.

Digitized by Google

lium S. Romanæ Eccleſiæ ſæpè reſolverunt. Extat in hac Noſtrà Cathedrali eadem Præbenda, qua Canonicus Theologus prò tempore exiſtens fruitur.

I. Quocirca eumdem muneri ſuo ſatisfacere juxta Apoſtolicas Conſtitutiones (1) præſertim ſub Alexandro III. Innocentio III. cæteriſque emanatas (2), omninò præcipimus: quod & alibi per Diœceſim, ubi eadem Præbenda erecta eſt fieri mandamus.

II. Sancimus inſupèr, ut in hac Cathedrali, inque Collegiatis, vel majoribus Venuſinæ ditionis Templis, ac intra Sacriſtiam ſingulis ſaltem Menſibus cum Theologo ubi adeſt, vel coram Parochis ubi non adeſt, à Sacerdotibus omnibus curam animarum habentibus, & Confeſſariis, de moralibus, nempè Caſibus Conſcientiæ, deque Sacris Ritibus Congregatio, & diſceptatio habeatur ſub pœnà ducatorum decem qualibet vice in transgreſſores, niſi legitima cauſa præpediti fuerint, incurrenda pro ut Juris erogan, aliiſque ad arbitrium.

III. Ad talem Conventum omnes etiam Clericos, cæteroſque Sacris initiatos accedere hortamur, ſi ad Supremos Ordines, vel ad vacaturas Eccleſiaſticas Dignitates ipſi aſcendere exoptent.

IV. Dubia extra Civitatem hanc proponenda, a dicto Cathedralis Noſtræ Theologo Vicariis Foraneis ſcripta mittentnr, & ad illummet Menſe quolibet, Secretarius quotannis a Congregatis eligendus, copiam, conferentiarum, & reſolutionum cum abſentium notula, tranſmittere teneatur ſub eadem pœna.

TIT. XIV.

De Vicario Generali, & Vicariis Foraneis.

CUm omnibus miniſteriis, Officiiſque, Curarum gravitate implicití, præſentes eſſe nequeamus, decet omninò probos ſeligere Miniſtros, qui partem ſollicitudinis Noſtræ ſubſtineant, exemplo Moyſis, cui Dominus (3) juſſit, ut provideret de omni Plebe, viros potentes, timentes Deum, in quibus eſſet veritas, quique abhorrerent omnem maculam eoſque Tribunos conſtitueret, Centuriones, quinquagenarios, & Decanos; ut quæ graviora acciderent, ad ſe referrent, ipſi vero minora ſolum decernerent.

I. Hoc

(1) *In d. decr. de refor. cap.* 1. (2) *d. Conc. Later. c.* 18. *cit. & cap.* 11. *conc.* 4. (3) *Exod.* 18. 22.

I. Hoc monimento ſuffulti, præcipimus, ac mandamus, ut Officialis Generalis Noſtras gerendo vices, converſari cum probis debeat, memoriam habens cum Apoſtolo, *quod Noſtra converſatio in Cælis eſt*. Pius, atque humilis, ac juſtitiæ aſſertor, in Capitulis pro Nobis præſideat, in Tribunali juſtitiam incorruptam adminiſtret, & exequutoribus ſuperintendendo, illorum compeſcat inſolentiam, atque curet, ut gravitate, morum probitate, omnique integritate, ac rectitudine delegatum obeat munus, & ſi perſonam Noſtram in rebus expediendis opportunam eſſe duxerit, abſque mora Nos convenire ſatagat.

II. Et cum ubique locorum in hac Diœceſi quinquaginta milliariorum circuitu, nullo pacto ſemper præſentes eſſe poſſimus, opus eſt ut in negotiis, & curis ejuſdem, Vicariorum Foraneorum ſolertia, & vigilantia ſublevemur: quare hi circumſpiciant omni tempore diligenter, an in Parochiis cæteriſq; locis noſtræ juriſdictioni ſubjectis, bene omnia procedant, & an ea, quæ in Viſitatione Noſtra decrevimus, debitæ demandentur exequutioni, ſeù potiùs negligantur; oculos præſertim habeant ſuper loca noſtræ juriſdictioni ſubjecta, obſerventque an illi, qui in dicta Viſitatione à Rationalibus, & Conviſitatoribus Noſtris ſignificati fuerint, pecunias, bona, & alia ſimilia Succeſſoribus Officialibus Canonicè electis reconſignaverint, & ſi ſecùs, illorum nomina ad Nos tranſmittere debeant.

III. Vigiles quoque ſint in Parochorum vita, & moribus, notentque eorumdem defectus ſi reſideant, ſi luſores, ac voluptatibus dediti exiſtant, an muneris ſui partes in Sacramentorum adminiſtratione, & in doctrina Chriſtiana expleant, præſertim erga miſerabiles Suæ Parochiæ perſonas, an Congregationibus Caſuum Conſcientiæ interſint; videant omnium denique Eccleſiaſticorum geſta, an Synodalibus his Conſtitutionibus contradicant, vel aliquo quocumquè ſcandalo notati noſcantur.

IV. Vigilent etiam ſuper Clericos an habitum, & tonſuram deferant, & benè vivant, an Sacramenta frequentent, vel ſecus Noſtris ſalubribus præceptis adverſentur, an concubinas retineant(1), an domos inhoneſtas frequentent (2), an publicè ludant, an venatores ſint, vel arma geſtent, ſi rixoſi, cavillatores, uſurarii, & aliis malis fætentes reperiantur.

V. Hos omnes Nobis referant, vel Noſtro Vicario Generali, ut

(1) *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 14.* (2) *Conc. Cart. 2. c. 17. Conc. Nicen. 2. Conc. Mar. c. 1.*

illos juxtà Canonicas Sanctiones debitis ad arbitrium mulctis plectere, vel aliis pœnis punire valeamus, nulla interim admiſſa appellatione, quæ in Sancta Viſitatione, aut in morum correctione ad Sacri Concilii præſcriptum, ſolummodò (1), & non alias, poſt definitivam ſententiam admittenda erit.

VI. Caveant tamen iidem Vicarii Foranei, ne aliquo quæſito prætextu ſe ingerant in cognitione cauſarum, facultatem ipſis conceſsam excedendo, nec Vicarii Generalis authoritatem, ſicuti quandoque factum fuiſſe intelleximus, uſurpent. Idcirco cum reis non ſe componant, aut aliter mercedem paciſcantur.

VII. Literas Apoſtolicas Nobis inconſultis non recognoſcant; Cedulones per Nos emanatos cooperire non præſumant, excomunicatos publicè vitandos ad converſandum cum aliis non diſpenſent, & ſtrictè omnia quæ in literis patentalibus ipſis expreſſa ſunt maximè in cauſis Civilibus, & Criminalibus, ſub eadem pœna obſervare teneantur.

VIII. Delicta celando minimè foveant, vel injuſtè, aut paſſione moti, ut quandoque in Oppidis accidit, aliquid agant, vel denuncient: Nos profectò magnoperè urgemur, ut omnes Officiales, præſertim Foranei, quibus fidendum eſt, veritatem, ac juſtitiam diligant.

IX. Omnes Noſtras literas pro bono Diœceſis Regimine ad illos tranſmiſſas, & cauſas in judicium deductas, vel fortaſſe deducendas ſilentio involuant, ſub pæna ducatorum decem prout Juris applicandorum, nec Secularibus ſecreta Noſtra pandant, aut de Noſtro Tribunali obloquantur, ſed fideles, ſecreti, fortes, irreprehenſibiles, miniſterium eorum ſub eadem mulcta adimplere cogantur.

X. Denique tam ipſi, quàm Parochi invigilent obſervantiæ dierum Feſtorum, Sacrorum Rituum Cuſtodiæ, adimplementis piorum onerum, Eccleſiarum nitoribus, ac reverentiæ, Viduis, & Pupillis, nec, niſi gravis neceſſitas, aut publica utilitas urgeat, opera ſervilia dictis diebus feſtis audeant diſpenſare, & tunc pro tali diſpenſatione, nil prorsùs, licet ſpontè oblatum, ſub dicta pæna, accipiant.

Ti-

(1) *Conc. Trid. de refor. c. 1. circa fin. ſeſſ. 13.*

TIT, XV.

De Viſitatione.

Viſitationis Noſtræ præcipuus erit Scopus, ſanam doctrinam (1) inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere, Populum cohortationibus & admonitionibus ad Religionem, pacem, innocentiamque accendere, reliqua verò prout locus, tempus, & occaſio feret ad fidelium bonum conſtituere.

I. Vigilabimus itaque (quod in aliis Viſitationibus Divina gratia expletum eſt), ut cura animarum, aliave debita Eccleſiis obſequia exerceantur.

II. Viſitabimus inſuper quaſcumque Sacras hujus Diœceſis Ædes (2) authoritate etiam Apoſtolica ſingulis annis, ut illæ opportunis Juris remediis provideantur, & quæ reparatione indigent, reparentur, animarumque cuſtodiæ, ſi quæ illis immineant, ne proprio effectu defraudentur, erunt obſervandæ.

III. Viſitatores à Nobis eligendi fideles adminiſtri, honeſti, ac probi juxtà Tridentini monita (2) eſſe debent, omneſque paterna charitate, Chriſtianoque zelo eadem amplectantur, & quàm celerrimè, debita tamen cum diligentia, Viſitationem ipſam Nobiſcum abſolvant.

IV. Notarii pro decretorum in Viſitatione editorum ſcriptura, aliquid (4) accipere non poſſint; poſt tempus verò Viſitationis, ſi quis, cujus intereſt, copiam petierit, non prohibemus, quominùs pro labore, atque opera in iiſdem ſcribendis juſtam impenſam ſolvere (5) debeat.

V. Omnia decreta in Viſitatione publicata, vel deinceps, ſi Domino placuerit, in obeundo ejuſdem munere facienda, inviolatè cuſtodiantur, ac debitæ exequutioni ſub pœnis in iiſdem ſancitis, demandentur.

VI. Quo caſu appellationes à Nobis tempore Sanctæ Viſitatio-

 nis

(1) *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 3. 9. & 10.* (2) *Conc. Tolet. 4. c. 35. Conc. Bracc. 1. c. 1. Conc. Arelaten. c. 17. c. Epiſcopus c. placuit 11. qu. 1. Trid. ſeſſ. 7. c. 8. de ref.* (3) *In d. ſeſſ. 24. c. 3. de refor. c. procurationes §. porrò 23. de cenſib. in 6.* (4) *d. c. procurationes 23. in princ. Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 73. n. 40.* (5) *Barboſ. loc. cit. n. 41.*

nis admittendæ ſint, aut non, Sacrorum Canonum decreta, ac Doctorum ſententiæ (1) omninò mandamus obſervari.

VII. Solitas denique procurationes ab antiquis temporibus Viſitationis ratione (2), vel ex vi conſuetudinis, aut alterius Juris (3) Venuſinis Epiſcopis præſtitas, Capitula retardare non poſſe meminerint; quod præſertim ſciat illud Terræ Spinazziolæ, de quo in hac noſtra Cancellaria originalis extat deciſio, diebus 11.12.13. Mai anno 1694. edita ab Emin. & Rev. D. Vincentio Mar. Card. Urſino Beneventano Archiepiſcopo, nunc Sanctiſſimo Domino Noſtro BENEDICTO XIII. qui ut Apoſtolicus tunc Delegatus Sac. Congregationis Concilii facultate, eodem in Oppido, ad Diœceſis Noſtræ ſempiternam laudem, auditis partibus, deciſionem illam promulgavit; quocirca ejuſdem tenorem hactenùs ibidem ſervatum, licet quandoque temerè controverſum, ob debitum etiam tanto Auctori obſequium, hic renovandum duximus, ac deinceps obſervandum eſſe mandavimus.

T I T. *XVI.*

De Ludimagiſtris.

QUantoperè Catholica exoptavit Eccleſia Dei Miniſtrorum una ſimul viventium educationem, ſeminarium ſcilicet communi voce appellatum; quam Sanctam Conſuetudinem ex vetuſtis ſæculis legibus direxerunt appoſitis Concilium Romanum ſub Eugenio II. (4) aliud ſub (5) Nicolao II. Leone IV. in (6) Italia, in Hyſpaniis Tholetanum Secundum, & quartum: In Gallia Aquiſgranenſe, & Pariſienſe; In Germania Moguntinum, & alia; tantoperè Nos illud, quo, non ſine animi Noſtri mærore, Eccleſia Noſtra caret, propter neceſſitatem illam quam Sacra Tridentina Synodus (7) gravioribus exprimit verbis, deſideramus. Prò Seminario autèm Ludimagiſtrum virtute præditum, boniſque moribus imbutum, dimiſſo eo, quem in hac Urbe elapſo anno reperimus, pro nunc adlectum eſſe, & alios in Oppidis deputari præcipimus, ut ab illis grammatices rudimentis, aliiſque religionis documentis adoleſcentes exornentur. Horum ſanè

ætas,

(1) *ut apud Barboſ. loc. cit. num.* 35., *& ſeqq.* (2) *C. procurationes* 23. *de Cenſ. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. par.* 3. *all.* 73. *ſub num.* 43.

(3) *ut ait Barboſ. ibid.* (4) *Can.* 7. (5) *Can.* 4. (6) *C. neceſſaria* 12. *qu.* 1. (7) *Cap.* 18. *ſeſſ.* 23. *de reform.*

ætas, niſi rectè inſtituatur prona erit (1) ad voluptates, & niſi à teneris annis, ad pietatem informetur, nunquam perfectè in diſciplina Eccleſiaſtica perſeverat.

I. Quam ob rem iidem Literarii Ludimagiſtri in hac Diœceſi munus id ſuſcipere, nec publicè, nec privatim audeant, niſi emiſſa fidei profeſſione & Noſtra priùs licentia in ſcriptis approbati exiſtant, & tunc puerorum ingenia, & mores ad literas, ſimulque pietatem ſevulò promoveant.

II. In quolibet gymnaſio Jeſu Chriſti, qui in timore ejus ſapientiæ (2) initio cuſtodit parvulos (3) Imago adſit; necnon Beatiſſimæ Virginis Mariæ Sacra pateat Effigies. Ipſa enim inquit (4): *Ego ſapientia habito in Conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilant ad me invenient me.*

III. Ante illam autem procumbentes Diſcipuli, Studiorum initium ſumant, & finem abſolvant, eamdemque ita, vel ſimiliter cum S. Joanne Chryſoſtomo (5) ſalutent: *Ave Mater, Cœlum, Puella, Virgo, Thronus, Eccleſia decus, gloria, & firmamentum.*

IV. Honoretur etiam ab omnibus aliis Beatiſſima eadem Virgo Advocata Noſtra, ut Nos ab omni malo defendat, & hora mortis ſuſcipiat.

V. Sacræ ejuſdem Imagines hujus Noſtræ Civitatis, & Diœceſis, illæ præſertim, quæ venerabiliori cultu honorantur, ſubmiſsè, ac frequenter, devotèque; ut ſupra de Sacris Imaginibus dictum eſt, percolantur.

VI. Volumus etiam quòd, iidem Diſcipuli completa lectione, Miſſæ Sacrificio dietim interſint, eidemque quandoque inſerviant, & quotidie aliquid de Doctrina Chriſtiana ediſcant.

VII. Feſtis diebus (6) officio Deiparæ Virginis de mane, poſt meridiem Cathecheſi dent operam.

VIII. Menſe quolibet Sacramentali confeſſione animas expient, & ſi ætatem habeant, Angelorum eſca reficiantur.

IX. Ethnicorum libros explicando caveant Magiſtri, nè per dulciſſima carmina Poetarum blanda venena diſcipulorũ moribus inſtillent, idcirçò libros ad vanitatem, verſibus, aut ſoluta oratione, maximè verò ad amorem, & libidinem excitantes, omninò repellant.

X. Concilium Tridentinum, & Cathechiſmum Clericis præcipuè

(1) *Conc. Trid. loc. cit.* (2) *Pſalm.* 110. (3) *Pſalm.* 114.
(4) *Parab. Salom. c.* 8. (5) *Apud Metaph. & in Brev. Rom. in feſt. Patrocin. B.M.* (6) *Leo X. conſtitut. Superna* §. 32.

Digitized by Google

puè explicandum, & memoriæ tradendum, adhibeant.

XI. Deficiente hic Seminario, ea prorsùs quæ decreta ſunt, & hactenùs in ſinu fovimus, obſervanda eſſe omninò jubemus.

XII. Quicumque ex dictis Diſcipulis Scholas non frequentabit, Domini, ejuſdemque Matris ſemper Virginis devotus non extiterit, laudatum Officium non recitaverit, & ſuperiùs conſtituta minimè adimpleverit, humilis ergà Magiſtrum non erit; aut econtra audax, rixoſus, ſuperbus, obſcænus, aliiſve malis moribus fætens, ſciat quod nunquam ad Clericalem Tonſuram promovebitur, & ſi Clericus ſit, ad alios ordines minimè aſcendet.

XIII. Ideòque in re tàm gravi ne decipiamur, Officiali Noſtro Generali in Civitate, & extra illam Vicariis Foraneis, necnon Parochis ſtrictè præcipimus, quod etiam Magiſtrorum vitam, ac mores, & Scholæ tenorem obſervent, ut ſi quid correctione dignum adverterint, Nobis confeſtim denuncient ſub pœna arbitrio Noſtro graviter iiſdem imponenda, ſi in hoc fuerint negligentes.

TIT. XVII.

De Sanctimonialibus, earumque Clauſura Miniſtris, & Regulis.

AMantiſſimi Domini Noſtri Sacræ Moniales Sponſæ ſunt (1), idcircò ſi fideli ſervitute, ac conjugio eidem ſervierint, corona aureà ſuper illorum capita, expreſsa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, & opere fortitudinis, coronabuntur. Ipſas enim prælegit Deus Spirituali unione conjungendas, ut in tabernaculo ſuo habitare faciat eas, ſicuti de unaquaque illarum canit Eccleſia: *Veni Sponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus preparavit* (2) *in æternum*. Quapropter illæ fideles eſſe tenentur Divino Sponſo ea vera fide, quæ eſt ſperandarum rerum ſubſtantia (3) argumentum non apparentium, ut ex inviſibilibus, viſibilia prorsùs intelligant. Intereà prudentes Virgines aptare debent ſuas lampades; & cùm Sponſus venit exire obviam ei, nempè odore Sanctitatis, & vita immaculata, memoria retinentes, quod illi ſe deſponſaverunt, cui Angeli ſerviunt, cujus pulcritudinem Sol, & Luna mirantur. Itaque ut

(1) *Pont.Rom.de Conſecr. Virg.* (2) *in off.Com.Virg.* (3) *S.Paul. ad hebreos c.11.*

ut Agnum (1) ſequantur oportet, qui paſcitur (2) inter lilia, & Sacri Velaminis (3) poſuit ſignum in facies earum, ut nullum præter eum amatorem admittant. Hinc etiam eſt, quod ſicut in cuſtodiendis (4) illis retributio multa, ita tanquam oculi Jeſu pupillam, (5) eas ſub obteſtatione Divini Judicii, & maledictionis pœna (6) debemus cuſtodire. Siquidem illarum Clauſtra agri ſunt Eccleſiæ, cujus dilectus inter illorum flores delectatur, proindèque per infernalem aprum ea devaſtari, ac depaſci non decet, ſed illas, quippè quæ optimam partem eligentes, formoſæ, inſontiſque columbæ nomine a Cœleſti Sponſo in Caverna maceriæ in foraminibus petræ feliciter invitantur a turpium, ac rapacium accipitrum unguibus neceſſum eſt liberari.

I. Quarè ea omnia, quæ de his luculenter bon. mem. Illuſtr. & Reverendiſs. Andræas Perbenedictus de Civitate Camerini Prædeceſſor Noſter Neapoli evulgavit per Lazarum Scorigium anno 1615. in dictæ Eccleſiæ Diœceſana Synodo (7) adamuſſim teneri, & obſervari cum aliis decretis in Noſtra Viſitatione factis, etiam ex Sanctæ hujus Synodi auctoritate decernimus, atque mandamus.

II. Ad Moniales colloquendi gratia accedere ſit prohibitum præſertim Sacris anni temporibus Adventus Domini, vel Quadrageſimæ, tranſgreſſoreſque ſine evidenti neceſſitate, ac legitima cauſa, in pœnam excommunicationis Nobis reſervatam ipſo facto incurrant; ſed quoniam filii iniquitatis, & perditi homines nonnunquam magis hominum pœnas, quàm Dei gladium verentur. Idcirco ſi excommunicatio ad tam pernicioſum ſcandalum cohibendum non ſuffecerit, exilio, carceribus, aliquis pœnis temporalibus utemur, invocato quo ad hoc, quando opus fuerit, auxilio brachii Secularis.

III. Nemo quocumque tempore larvatus, ſivè perſonatus ingredi valeat Monaſteriorum Allocutoria, & ibi cytharas, aliave Inſtrumenta pulſare, nec voce canere, vel alia jocularia facere audeat, & Moniales etiam ne ſe perſonis induant hortamur.

IV. Volumus inſuper proptèr debitam Sacræ Virginitati reverentiam, quod omnes quicumque canunt, vel ſonora pulſant inſtru-

(1) *Ap.* 4. 14. (2) *Cant.* 2. 16. (3) *Pont. Rom. cit.* (4) *Pſal.* 18. 12. (5) *Pſal.* 16. 8. (6) *C. unico* §. *fin. de Stat. Regul. in* 6. *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul. c.* 5. *Gregor. XV. Inſcrutabili in Bull.* 18. *Alexander VII. Felici Sacrarum Virginum* §. 2. *in Bullar.* 153. *Sacr.* Cong. *Epiſcoporum & Regul. in Sublacen.* 12. *Februarii* 1672. (7) *de Monial. c.* 1. *pag.* 643. *& ſeqq.*

ſtrumenta propè ipſa Monialium ſepta id non faciant, neque etiam tranſeundo, ſed longe ab eis divertant.

V. Hortamur autem Moniales ipſas in rerum divinarum contemplatione quieſcere, ſimpliceſque corde, ore, ac opere eſſe, ut nihil in eis ſictum, vel fucatum ſit, ſed aſſiduis orationibus vacent, Deoque liberè placere ſtudeant.

VI. Nullus audeat Virginem ad ſuſcipiendum habitum Monachalem conpellere, aut impedire (1) ſub anathematis pœna, & nemo libertati profeſſionis Virginum Deo dicandarum adverſetur.

VII. Virgo autem, quæ Regularem diſciplinam ſuſcipere intendit, major ſit duodecim annis, nec antè habitum ſuſcipere (2) poſſit, & Epiſcopus priùs diligentiſſimè ad Concilii præſcriptum, vel ejus Vicarius Generalis voluntatem illius explorabit, an ſciat quid agat, & vota illa tria paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis, & alia ad eum ordinem, ad quem adſcribi cupit, intelligat.

VIII. Quod ſi voluntas ejus libera, & pia, Cœleſtiſque vocatio dignoſcatur, & requiſitas cognitiones habuerit, Regularem habitum liberè ſuſcipiat, modò fuerit confirmationis Sacramento initiata, deindeque omnia in Pontificali Romano deſcripta, obſerventur.

IX. Durante Novitiatus tempore, nihil de bonis Novitiæ accipi poſſit à Monialibus, excepto victu, ac veſtitu, ſub pœna (3) excommunicationis.

X. Nulla Monialis Novitia profeſſionem emittere poſſit antè decimum ſextum ætatis annum expletum (4); & niſi per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, profeſſio antè hoc tempus facta, nulla ſit, nullamque inducat obligationem; & renunciatio intra duos Menſes proximos antè profeſſionem expleatur (5), verùm eadem Novitia priuſquàm profeſſionem faciat, legere Divinum Officium omninò ſciat.

XI. Clauſuras Monaſteriorum juxtà Noſtram Viſitationem nuper in Domino expletam, & Sacros Canones (6), & Apoſtolicas Sanctiones, inviolabiliter cuſtodiri mandamus, ne qua Monialis extra Sacras Ædes, exceptis caſibus à Jure permiſſis, nec quiſpiam extra-

(1) *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 17. 18. Can. puella 20. quæſt. 2. Can. hoc Sanctum 35. qu. 2.* (2) *Conc. Trid. loc. cit.* (3) *Conc. Trid. ſeſſ. citat. 25. c. 16.* (4) *Conc. Trid. ibid. c. 16.* (5) *Conc. Trid. ibidem.*

(6) *In d. c. unico in princip. de Stat Regul. in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 5. S. Pius V. in conſtitut. Paſtoralis in ord. Bull. 9. & in alia Deceri, Gregor. XIII. incipien. Ubi gratia in ord 28. Bullar. Rom.*

Digitized by Google

traneus intrà eas abſque Noſtra, vel Vicarii Generalis licentia in ſcriptis, pedem efferat, vel inferat ſub pœna excomunicationis ipſo Jure incurrenda, ſedi Apoſtolicæ reſervata.

XII. Eos verò, qui neceſſitate urgente, Noſtra facultate ad Monaſteria ingredi debent, duæ diſcretæ, ætate provectæ aſſocient juxtà Noſtræ facultatis tenorem, quique proindè regulariter erunt Medici, Chirurgi, Pictores, Cæmentarii, Lignarii, & reliqui fabri, ac muliones, idque genus Vectores, ſpecialiter a Nobis approbandi, omnes diligentiſſimè caveant, ne facultate abutantur.

XIII. Portæ Monaſteriorum poſt ſolis occaſum claudantur, & alia in Noſtris edictis deſuper ſtabilita, obſerventur.

XIV. Diurnus etiam ſit dictorum Miniſtrorum ingreſſus, nimirum non antè ſolis ortum, nec poſt ejus occaſum, ac ſemper duabus ex dictis ſenioribus Monialibus aſſociantibus recto tramite ad locum deſtinatum pergant, præcedente Campanulæ ſono, quo aliæ Moniales ſecedere moneantur.

XV. Opere expleto cujus gratia licitus fuit ingreſſus, eàdem via revertantur, & quamprimùm egrediantur, nec per Monaſterium, aut per Cellas divagentur. Qui ſecùs fecerint, & conceſſis licentiis abuti præſumpſerint, eadem excomunicationis pœna adverſùs Clauſuræ violatores adjecta, plectantur.

XVI. Nemo Laicus, ſive Clericus, cujuſcumque gradus exiſtat, ſine Noſtra, vel Vicarii Generalis licentia in ſcriptis concedenda, ad Monaſteriorum colloquutoria, Crates, & Rotas, Moniales alloquuturus ſub quovis prætextu accedere præſumat, ſub pœna excõmunicationis, aliiſque arbitrio Noſtro reſpectivè Clericis injungendis.

XVII. Ab hac lege Patres, Matres, Fratres, ac Sorores excipi volumus, extrà tamen dictum tempus Adventus, & Quadrageſimæ & Communionis die.

XVIII. Regulares autèm cujuſcumque ordinis cum Monialibus etiam ſibi ſubjectis, exceptis Superiore, ac Confeſſario colloqui juxtà Sacræ Congregationis decreta (1) non poſſint, ſub pœnis contentis in ejuſdem Congregationis decretis per Summos Pontifices Sixtum V., & Urbanum VIII. approbatis.

XIX. De Noſtra tamen licentia, ſuorumq; Superiorum in ſcriptis reportanda, ſtatis quibuſdam temporibus in dictis Conſtitutionibus enunciatis, alloqui eis permittitur cum Monialibus dumtaxàt, quæ in primo, vel ſecundo Conſanguinitatis gradu ſibi conjunctæ fuerint.

N XX. Re-

(1) *Sacr. Cong. Concilii in Neapolitana 11. Maii 1669.*

Digitized by Google

XX. Reliqui Sacerdotes, & Regulares, quibus facultatem celebrandi in Monialium Eccleſiis impartiemur, peracto Sacrificio Miſſæ, ſtatim diſcedant, & cum nulla ex iiſdem colloquium habeant ſub iiſdem pœnis.

XXI. Feneſtræ ad Colloquiū deſtinatæ Cancellis ferreis obſtructæ, ut modò exiſtunt, permaneant, nec ſub excomunicationis pœna illi amoveantur, vel amplientur. Illis verò Adventus,& Quadrageſimæ temporibus, velum juxtà proprii ordinis Sanctiones adjiciatur.

XXII. Ejuſdem ordinis præcepta, & Conſtitutiones omninò obſerventur, eorumdemque vigilantiæ Abbatiſſæ omninò incumbant.

XXIII. Feneſtrellæ Sacræ Communionis,& aliæ pro excipiendis Monialium Confeſſionibus, ad Viſitationis Noſtræ præſcriptum conſtructæ habeantur; & ſecunda ſpiſſis Cancellis ferreis, ac fixa lamina munita ſit, exiguis foraminibus terebrata, quam interiùs velum nigrum obducat, ne pœnitentes Moniales à Confeſſario cerni queant.

XXIV. Caveant tamèn Moniales eiſdem feneſtrellis Sancto uſui deſtinatis, ad alios ſermones conferendos abuti (1), & contrarium facientes maledictæ à Domino ſint ſivè dormiant, ſive vigilent.

XXV. Clavis una ſupradictæ Feneſtrellæ Sanctæ Cōmunionis apud Abbadiſſam ſub pœna excomunicationis, ut in Viſitatione mandavimus, exiſtat, altera verò penès Confeſſarium retineatur (2).

XXVI. Claves autem Clauſuræ & aliæ apud ſolitas perſonas in Viſitatione approbatas aſſeruentur.

XXVII. Confeſſarii prædicti officium, ultra triennium non protrahatur; & extraordinarius (3) dari debet. Primus verò bonis moribus imbutus, ac ætate maturus eſſe oportet, qui ad Monaſterii ſepta, minimè, niſi aſſuetis legitimis cauſis adminiſtrandi infirmis Sacramenta ingredi (4) audeat.

XXVIII. Ut autem ex Monaſteriorum omnium hujus Urbis redditibus Moniales ſubſtentari poſſint, neque propter exceſſivum earumdem numerum detrimenta patiantur, Conſtitutionibus S.Pii V., Gregorii XIII., & Tridentini Concilii, & Actis Eccleſiæ Mediolanenſis (5) inhærentès, præfixum numerum Monialium eorumdem Mo-

(1) *S. Cong. Epiſc. in Melphicten.* 10. *Jan.* 1676. *apud Synod. Epiſc. Salerni d. Urbis pag.* 170. (2) *S. Congreg. ibid. d. ann.* 1676.

(3) Conc. *Trid. ſeſſ.* 25. *de regular. c.* 10. (4) *cit. Bull. Greg. XV., Alex. VIII. &* Clem. *X.* (5) *Act. Eccleſ. Mediol. tom.* 1. Conc. *Prov.* 1. *par.* 3. *Act. par.* 1. *pag.* 38.

Monaſteriorum in Synodalibus prædeceſſoris Noſtri Epiſcopi Andreæ Perbenedicti præſcriptum (1) omninò confirmamus, cùm huic numero Epiſtola Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ſub die decima octava Menſis Februarii anni 1724. Antiſtiti Joanni Michaeli Terono prædeceſſori pariter Noſtro directa, & in Noſtra Cancellaria adſervata, apprimè conſonet, qua etiam cavetur puellas in hac Urbe ad Monacationem inconſulta Sacra Congregatione non poſſe admitti.

XXIX. Mandamus itàque, quod deinceps, ac futuris temporibus in Monaſterio Sancti Benedicti hujus Civitatis (2) Moniales haud excedant numerum Monialium triginta quatuor, & puellarum educandarum, converſarumque quindecim; & in Monaſterio Sanctæ Mariæ Scalenſis ejuſdem Urbis numerum viginti quinque (3), ac converſarum, & puellarum educandarum decem, ſicuti eadem Sacra Congregatio anno 1613. ſub die 10. Septembris altera epiſtola (4) eidem Antiſtiti Perbenedicto tranſmiſſa, ſenſum ſuum aperuit.

XXX. Procuratores dictorum Monaſteriorum cujuſcumque ordinis, & gradus extiterint, ſingulis annis Nobis eorum adminiſtrationis (5) rationem reddere teneantur, privilegiis, & conſuetudinibus quiſcumque non obſtantibus, qui, & alii etiam illorum Miniſtri probatæ vitæ eſſe debent.

XXXI. Puellæ Conſervatorii hujus Civitatis ſolitas illius pias Conſuetudines obſervare teneantur, & fœminæ in ſeculo remanentes, quæ Tertiaræ vocantur, habitum alicujus Religionis aſſumere cupientes in hac Noſtra Civitate, ac Diœceſi, ſi ſolèmniter id exequi voluerint, ad Superiores Regulares ordinum ſelectorum, ad quos tale officium pertinet, preces fundere oportet, & tunc Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium decreta (6) non prætermittantur: nempè quod talis fœmina bonis moribus ſit prædita, atque in ætate ſaltem quadraginta annorum conſtituta, habeatque de proprio, undè ſufficienter vivere poſſit, & non cum aliis viris, quam conſanguinibus, & affinibus in primo tantum gradu ſibi conjunctis cohabitet, & ab ordinario loci licentia priùs impetrata, qui

(1) *ibid. cap.6. ſupra cit. Synod. Venuſin.* (2) *Synod.cit.Epiſc.Perbenedicti d. c.6. p.647. & Sacr.*Congr. *Epiſcop. & Regular. d. die 18. Februarii 1724. in Venuſina.* (3) *ead. Sacr.* Congr. (4) *ibid. relata pag.648. & habetur ex Trid. apud Barboſ. de Offc. & pot. Epiſc. par.3. alleg.98. num.1. & ex Bulla Greg.XIII. ibid.* (5) Conc.*Trid. ſeſſ.22. cap.9. Gregor.XV. d.*Conſtit.18. §.5.

(6) 20. *Decembris* 1616.

non aliter eam concedat, niſi de prædictis prævio examine diligenti ſibi conſtiterit.

XXXII. Si vero caſtam vitàm ſub dicto habitu illa non duxerit, & alia requiſita per Lateranenſe Concilium præſcripta non habuerit, (1) privilegia, exemptiones, & immunitates per Summos Pontifices conceſſas, ſibi ſuffragari non poſſe ſciat, & Regulares contra dictam formam illam, ſeù illas recipientes in pœnas per laudatas Conſtitutiones inflictas, ſe incurrere meminerint.

XXXIII. Pro bono regimine dictorum Monaſteriorum hujus Civitatis Singulis Menſibus Congregatio ab eorumdem Miniſtris coram Nobis omninò habeatur, quæ in peculiari libro Congregationum adnotetur.

XXXIV. Educandæ Virgines in dictis Monaſteriis non aliter recipiantur, niſi priùs licentiam à Sacra Congregatione in ſcriptis obtentam, vel facultativam Epiſtolam ejuſdem, Nobis, aut Vicario Noſtro Generali exhibuerint, & præſcriptas de more conditiones adjectas adimpleri curabimus.

XXXV. Quæ autem ex illis, ità receptæ fuerint, & in laudatis Monaſteriis abſque profeſſione, & habitu Religioſo poſt ætatem annorum viginti quinque ſeculares degerint, deinceps ibidem permanere poſt dictam ætatem in ſtatu Seculari, non poſſe meminerint (1), quarum aliquæ abſque ſpe habitum ſuſcipiendi ob dotis deficientiam, vel abſque neceſſario victu ibidem hactenùs permanſerunt; undè hęc omnia futuris temporibus adamuſſim obſervanda eſſe ſub pœna arbitratui Noſtro relicta, præcipimus; nam permultos ſuper hoc negocio abuſus eveniſſe, in Sancta Viſitatione nupèr completa fuſiùs comperimus.

XXXVI. Canes inſuper ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna æedem ſanctimoniales, aut educandæ itidem retinere non poſſint, nec intrà clauſtra puerculos, aut puerculas quovis prætextu, etiam pio admittere.

XXXVII. Educandæ ſi immodeſtæ, vanæ, aliquomodo obſcænæ in alloquutoriis, vel intra extiterint, vel denique quavis etiam levi macula adnotentur, ſuperioribus Monialibus, aliiſque inobedientes ſint, rem hanc Abatiſſæ ad Nos deferant, ut illas punire, vel ejicere à Monaſteriis abſque mora valeamus.

XXXVIII. Abbatiſſæ, & Vicariæ per Secreta ſuffragia juxtà Canonicas Sanctiones coram Nobis, aut Vicario Noſtro Generali eligantur,

(1) *Conc. Later.* 2. *ſub Leone X. ſeſſ.* 21. *in fin. idem Pont. Conſtitut. edita die* 1. *Martii* 1518. (2) *ut ait S. Congr. Concil. in Hieracen. apud Barboſ. de off. & pot. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 98. *n.* 11.

Digitized by Google

gantur, quæ propriis muneribus abſque humanis reſpectibus Sanctè, ac vigilanter ſatisfacere ſub ſuſpenſionis pœna ab earum officiis teneantur; Cætera etiam laudabiliter fieri ſolita circa tales electiones, omninò in Domino expleantur.

XXXIX. Ideòque meminerint quotidiè orare, lanam, & linum quærere, tempore, quod eis ſupereſt poſt expleta Divina Officia, manus ſuas mittant ad fortia, & digiti earum apprehendant fuſum; accingant fortitudine lumbos ſuos, & brachia roborent. Fortitudo, & decor ſit indumentum earum, & ut undequaque rideant in die noviſſimo, æmulationes etiam, tribulationes, morbos, aliaque incommoda ad Dei honorem, earumque Sponſi Paſsionis memoriam patienter ſuſtineant. Ora ſua aperiant ſapientiæ, & lex clementiæ, ac Sanctitatis in lingua ſit ipſarum, ut nihil jam quod caro blanditur (1) libeat, nihil, quod carnalem vitam trucidat, Spiritus Sponſarum Chriſti perhorreſcat. Quam ob rem pias, & undequaque ſalubres regulas in prælaudati Epiſcopi Perbenedicti prædeceſſoris Noſtri Conſtitutionibus (2) italicè pro iiſdem conſcriptas, firmas eſſe decernimus, & deinceps quoque obſervari debere jubemus.

XXXX. Alias devotiones laudabiliter in hiſce Monaſteriis florentes, illam præſertim devotionis Sancti Joſephi Sponſi B. Mariæ Virginis Noſtri Advocati, in Eccleſia Sanctæ Mariæ Scalenſis haberi ſolitam, commendamus, ac percolere hortamur. Nec non Roſarium ejuſdem Deiparæ Virginis ab omnibus die quolibet in Choro hora opportuniori unitim recitari debere (3) in utroque Monaſterio, virtute Sanctæ Obedientiæ ad monitum S. Caroli Borromæi præcipimus; Indulgentias omnes pro tali devotione à Summis Pontificibus conceſsas lucraturæ.

XXXXI. Ad dicta Divina Officia conveniant, & Chorum diù, noctuque frequentent (4). Soni tamen, & Cantus, qui honeſti, & Spirituales non ſunt, colloquia etiam, riſus, quicquid prætereà indignum eſt Domo Dei, & ejus Divinæ Majeſtati, cum qua colloquimur, in oratione, omninò amoveantur.

XXXXII. Orationes mentales, quæ incredibilia ſolatia, & fructus, ut ait S. Carolus Borromæus (5) afferunt animæ, velatæ Moniales, & Converſæ præter horas Canonicas, aliaſque orationes ſupra relatas, vel alias ex officio habendas, non prætermittant, illaſ-

que

(1) *S.Grègor. hom.*11. *in Evang.* (2) *in d.Synod. Venuſ. ann.*1615. *pag.*649. *ſeqq.* (3) *Act. Eccleſ. Mediol.p.*7. *tom.*2. *pag.*1030.

(4) *ibidem tom.* 1. *Act. p.* 1. Conc. *Prov.* 1. *p.* 3. *pag.* 41., *&* 42.

(5) *ibid. pag.* 42.

que in Chorum univerſæ convenientes, ſaltem per horam qualibet die, aut hebdomada habeant: & tunc Cœleſtia meditabuntur, earumque dilecti Nativitatem, Paſſionem & Mortem, Aſcenſum ad Cœlum, & Vitam B. Mariæ Virginis, ejuſque puritatis pulchritudinem, diem noviſſimum, Beatorum gloriam, & damnatorum ſupplicia, aliaque ejuſmodi quæ ad Dei gloriam, & propriam ſalutem pertinent, reportantes (1) finem earum fidei ſalutem animarum.

XXXXIII. Ultra Abbatiſſam, & Vicariam, deputentur in quolibet hujus Civitatis Monaſterio Diſcretæ ſupradictæ, Magiſtræ Novitiarum, Portinaria, duæ Auſcultatrices, duæ Crateriæ, Aſſociatrices, Cancellaria, Magiſtræ Educandarum, Sacriſtæ, Diſpenſatrices, Cantatrices, Depoſitariæ, Infirmariæ, & Rotariæ de more, quarum quidem Tabella congruo tempore conficiatur, Nobis, ut ſubſcribatur exhibenda, & in quolibet Monaſterio adſervanda.

XXXXIV. Nemo etiam cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtat audeat auferre, ſibique malitioſè, & clam quovis prætextù, aut colore appropriare res, prædia, territoria, aliaque bona cujuſuis generis, & valoris directè, aut indirectè ad Virgines, ſeù Moniales Monaſteriorum Sancti Benedicti, & Sanctæ Mariæ Scalenſis hujus Civitatis pertinentia.

XXXXV. Nullus etiam eaſdem Moniales literis, geſticulationibus, colloquiis, aut alio modo ad turpia provocare, ut ſupra cum caſu Nobis reſervato de Sacramento Pœnitentiæ cautum eſt, præſumat. Contrarium verò in utriſque prædictis caſibus in res, aut Chriſti Sponſas diabolicè, ac temerè attentantes, maledicti in ſuis domibus, ac extrà illas in agris, & Urbibus ſint. Si dormiant, aut vigilent, deambulent, ſedeantque, maledicti à Domino ſint. Eorum carnes, & oſſa maledicta quoque permaneant, & à planta pedis, uſque ad verticem capitis non ſit in eis ſanitas. Veniat ſuper eos maledictio illa hominis, qua Deus per Moyſem in veteri lege filios iniquitatis afflixit: Eorum nomina de libro viventium deleantur; Sint ideò ipſo jure excomunicati.

XXXXVI. Volumus denique quod præſens Capitulum latinè conceptum, ut à Monialibus omnibus planè intelligatur, italico ſermone ad literam traduci debeat, & ita traductus, præfatis Monialibus ſit à Vicario Noſtro Generali exhibendus intra menſem à publicatione ſaltem hujus Synodi, cujus duo exemplaria unumquodque Monaſterium habere debeat, atque inſuper ejuſdem Capituli tenorem,

(1) *S. Petr. 1. Epiſt. cap. 1.*

Digitized by Google

rem Confeſsarii pro ſua pietate, ac zelo iiſdem fuſiùs explanare, & inſinuare meminerint. Idem verò Capitulum ſic italicè traductum duabus vicibus in hebdomada publicè inter Moniales Abatiſsæ legere faciant ſub pœna earum officii ſuſpenſionis.

T I T. XVIII.

De Regularibus, & Exemptis.

OPtimi Monaci ii dicuntur (1), qui Deo per contemplationem inhærent, & divinitati ſoli placere contendunt, quique ſpretis Mundi bonis, carniſque illecebris ſuperatis, Angelorum potius, quàm hominum gerentes miniſterium, ita vivere debent, ut omnes exemplo ſint, & ſicuti Apoſtolus inquit (2) *vocatione, qua vocati ſunt à Deo Sanctos ſe præbeant*, excolentque *operarios in vinea Domini*. Ad regulam ergò, quam profeſſi fuere, vitam ut inſtituant, oportet, & ad ſuæ profeſſionis perfectionem, promiſſaque fideliter ab ipſis,obſervari Tridentina jubet (3) Synodus, ita poſtea ſubdens: *Si enim illa, quæ baſes ſunt, & fundamenta totius regularis diſciplinæ, exactè non fuerint conſervata, totum corruat ædificium neceſſe eſt.*

I. Quocirca illos monemus, immaculatis præfulgere moribus, ut partem ſollicitudinis noſtræ ſublevare valeant, ideòque ſacram Scripturam eorum in Monaſteriis, ac Conventibus, uti ſtipendium adſit, & commode fieri poteſt, *ad Tridentinum præſcriptum* (4) legere non prætermittant: negligentes verò à Nobis etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato compelli poſse ſciant (5).

II. Intrà probationis annum, quùm ab incœpto famulatu reſilire liceat, ſi regularem vitam ducens Clericus fuerit, & Eccleſiaſtico beneficio erat proviſus, non priùs id alteri tradatur, quàm præfinita profeſsione (6), & interim fructus, prout de jure deponantur.

III. Si aliquis Regularis in hac Diœceſi, curam Animarum habebit, omnia, ad quæ cæteri Parochi tenentur, obſervet.

IV. E' Conventuum ſuorum Septis Regulares omnes fœminas pro-

(1) *Caſſ. col.* 18. *Ab. Rom. c.* 15. (2) *Eph.* 4. 1. (3) *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 1., *& c. cum ad Monaſterium in fine de ſtat. Mon.*

(4) *Conc. Trid. ſeſſ.* 5. *de refor. c.* 1. §. 12. *Monaſteriis.*

(5) *Conc. ibidem.* (6) *Conc. Tolet.* 3. *c.* 10. *Trid. de Regul. ſeſſ.* 25. *cap.* 18.

prohibeant, ne utique in excomunicationem (1) Pontificali lege ſtatutam incidant. Noverint etiam ii, quod extra Clauſtra delinquentes, poterunt juxta Canonicas Sanctiones (2) à Nobis puniri.

V. Quæ de parvis Conventibus per Apoſtolicas Conſtitutiones decreta ſunt, ad ungnem obſervari mandamus, nempè ut in ipſis exiſtant ſex ſaltem Religioſi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ſint Sacerdotes, alias Seculariꝫationis, & ſubjectionis (3) Noſtræ Ordinariæ Juriſdictioni pœnis reſpectivè ſubjaceant.

VI. Ea, quæ ad Verbi Dei prædicationem, ad ſupplicationem in anteactis titulis, vel infrà de funeribus decreta leguntur, quantùm ad ipſos attinet, charitatis exemplo ſervent, & alios ad alia ſervanda erudiant; idemque teneant quo ad feſtos dies, novas Reliquias, novaque Miracula, & Indulgentias, quæ deſuper circa illas peculiaritèr ſancivimus: & qui ex ipſis ad Confeſsiones Sacramentales audiendas à Nobis fuerint approbati, Noſtras haſce Synodales Conſtitutiones penès ſe habere hortamur, illaſque frequenter legere non graventur, ut ritè, & juxtà Canonicas Sanctiones præcipua attentione Sacramentum Pœnitentiæ in hac Noſtra Diœceſi pro ſcientia etiam caſuum reſervatorum adminiſtrare valeant.

VII. Cænſuras, & interdicta à Sede Apoſtolica, & à Nobis emanata in eiſdem Eccleſiis promulgare requiſiti, non recuſent.

VIII. Quo tempore in Majori Eccleſia concio habetur, campanarum pulſatione operam Concioni dantes ne turbent, die Sabati Sancti ſonitum non edant, priuſquam in majori pariter Eccleſia ſignum acceperint.

IX. Monaſteria Monialium, niſi ſcitu, & permiſſu Noſtro quavis cauſa non adeant (1), ut ſupra de Sanctimonialibus dictum eſt. Nullum denique novum Monaſterium, Epiſcopo non permittente, ædificare attentent.

X. Regulares omnes extrà Clauſtra in hac Civitate, & Diœceſi non ſcandaloſè vagentur, ad ſecularium ſuſpectas domos, & præcipuè ubi fœminæ ſolæ inhabitant, non accedant ſub pœnis ut ſupra contra ipſos à Concilio inflictis, & eo caſu auctoritati Noſtræ conceſsis.

XI. Poſt-

(1) *C. Monachi de Stat. Monach. Conc. Turon. 2. c. 17.* (2) *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 4.* (3) *Sac. Cong. ſuper ſtat. Regul. 10. Februar. 1654. Innoc. X. in Bull. incip. Ut in parvis tom. 5. Bullar. poſt Bull. 3. Alexandr. VII. circa quaſdam declarationes.* (4) *Sac. Cong. Conc. die 11. Maii 1699. approb. à Clem. IX. & X.*

XI. Poſtquàm in eorum Eccleſiis Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtraverint, colloquia prava, ſimileſque confabulationes, etiam extra Confeſsionales Sedes caveant habere cum fœminis, nec illa, intra clauſtra, aut turres Campanarias, vel quævis alia loca intra dicta clauſtra introducere audeant, ſub pœna pariter ſuſpenſionis ab audiendis Confeſsionibus, aliiſque per Canonica decreta contra eoſdem relaxatis; ſuaſque pœnitentes Mulieres Confeſſarios omnes frequentare non debere, niſi juſta, vel pia cauſa tempore infirmitatis meminerint.

TIT. XIX.

De Sodalitiis Eccleſiarum;

QUæ Augurum, ſacrificulorum certis in Conventibus inſtituerant Etnici, inter Chriſtianos piis mutata ſunt ſodalitiis, in quibus Religio ſanctiùs coleretur, & pauperes adjuvarentur. Hæc autem Collegia prætereà inſtituta ſunt, ut ſublatis Conventiculis (1) juxtà Concilii Calcedonenſis præſcriptum (2) fideles in unum convenirent communicantes in doctrina, in fractione panis, & in pſalmodiis cum gaudio Spiritus Sancti, piaque opera percolerent. Sed quùm talia Collegia hominum malitia a primævis inſtitutis omninò deſciviſſent, Sacri Antiſtites eorum inſtaurationi, ac diſciplinæ incumbere, ab Apoſtolicis Conſtitutionibus coguntur.

I. His ergò inhærentes, præcipimus, ſodalitia ſuas habere regulas ab Epiſcopo approbatas (3), necnon Oratorium, quò ad ſtatas preces, ſodales convenire debeant cum ſuo Sacerdote Rectore, congrua mercede eligendo, cui, vel alteri Noſtra facultate peccata confiteantur.

II. Curet autem quælibet Confraternitas ut certos habeat libros, in quibus nomina, & cognomina Confratrum, necnon reſpectivè ſeparatim omnia acta, & communi conſilio decreta, fundos, cæteraque donata, & oblata, vel legata, eorumque onera mobilia, & immobilia, omnes introitus, & ſumptus de more adnotentur, addito in omnibus ſemper die, menſe, & anno.

III. Confratres aggregandi, probata vita exiſtere debent, fidei

O in

(1) *Can. ſi quis Clericis* 3. *Can.*21. *conjurationum* 11. *quæſt.* 1.
(2) *Concil. Calced. c.*18. (3) *Clem. VIII. Conſt.* 115. *quæcumque* §. 2.

Digitized by Google

in rebus eruditi, Deum timentes, ſodalitiſque decretis annuentes, ideòque de eis priùs ſcrutinium præcedenter habeatur, & poſteà inter ſodales recipiantur, nec aliquis antè annum duodecimum admittatur; omnia, quæ ad illorum onera pertinent fideliter exerceantur, & Priores, Camerarii, Depoſitarii, Secretarii, cæterique Miniſtri de more ſcrutiniis eligantur, non ultra tamen triennium duraturi, ſervata ſocietatis uniuſcujuſque regula, & pia conſuetudine pro bono illius regimine, nè ſi ſecùs fecerint dictæ electiones irritæ cenſeantur, quod ſi nonnullæ contentiones ſubortæ fuerint, ad eas ſedandas ſerventur ea, quæ ſupra præſcripta ſunt cum de proceſſionibus.

IV. In dictis Oratoriis Sanctiſſimum Sacramentum non adſervetur, & tamen ibidem ſolitæ expoſitiones fiant, olivarum verò ramos, candelaſque benedicere (1), & diſtribuere nemo ibidem audeat, nec eleemoſynas abſque Noſtra licentia quæritare.

V. Nulla ſodalitas erigatur niſi prius Nobis regulæ exhibeantur & hactenùs erectę, quę Regię non ſunt in hac Diœceſi, Noſtræ Viſitationi (2) omninò ſubjaceant.

VI. Quæ ſuprà de Proceſſionibus ediximus, ſervari omninò debeant, & ad funus ſodales invitati, pro officio operam præſtent, aliaſque pias conſuetudines obſervent.

VII. Circa vero hujuſmodi Confraternitatum bonorum alienationes, locationes affictùs, emphyteuſim, inventaria &c. omnia quæ de jure ſervanda ſunt ſerventur, & tranſgreſſores pœnis à Sacris Canonibus conſtitutis punientur (3).

VIII. Qui verò è Confratribus juxtà proprium inſtitutum, veſtes (4) non habuerit, obſcænus fuerit, incorrigibilis, & ſimilibus ſcandalis notatus, ex ſodalitate monemus ut abradatur.

IX. Diebus feſtis, in ſuis Oratoriis, aut aliis templis ſe congreget, & Beatæ Mariæ Virginis, aut alias devotas preces fundat, ne paulatim frigeſcente charitate, ac devotione illas omittat; & ſi legere neſciat, ſaltem ejuſdem Deiparæ Sanctiſſimum Roſarium loco officii tunc recitet.

X. Confratres omnes ſacco induti, & ſine ſtrepitu, pietatis exercitiis vacent, & Sacramenta frequentent.

XI. Intolerabiles quaſdam expenſas quotannis certis in feſtis fieri ſolitas, in quibus convivia, & vina cum jurgiis triumphant, tamquam

(1) *d. Conſt. Clemem. VIII.*, *& Conc. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c.* 8.
(2) *Conc. Trid. ibid.* (3) *Conc. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c.* 11.
(4) *Conc. Mediol. 1. par. 3. tit. de Prior. loc. admin.*

Digitized by Google

quam res execrandas, prorſus vetamus, neceſſariis ſolum exceptis, & de more pro Dei cultu, cœteriſque ſobriè faciendis.

XII. Omnes prædictarum Confraternitatum Adminiſtri, propriæ adminiſtrationis rationem reddere teneantur, computaque jurata, quibus de jure convenit exhibeant. Monemus etiam, ut inventarium omnium bonorum conficiatur eo modo, & forma, qua ſupra in præcedentibus Titulis de his dictum eſt.

XIII. Cæterum Superiores ſodalitatum in Domino hortamur librum emere doctiſſimum Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Joannis Baptiſtæ Baſsi Epiſcopi Anagnini, nuper Romæ anno 1725. editum de Sodalitiis Laicorum, ubi multa pro bono illarum Regimine adnotata invenient cum Noſtra pro illius evulgatione ſententia juſsu Reverendiſsimi Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri, a Nobis tunc temporis edita, quæ in principio operis ejuſmodi legitur.

T I T. *XX.*

De Eleemoſynarum Collectione, & Eremitis.

QUæſtores Tridentina Synodus ad ſenſum aliorum deſuper Conciliorum abolitos (1) in Eccleſia Dei propter abuſus eſſe voluit, Eleemoſynas verò piè collectas laudavit.

I. Ipſarum igitur collectores à Nobis probandi abſque quæſtoris nomine, vita, moribuſque exornati licentiam id peragendi a Nobis, vel Vicario Noſtro Generali, obtinere cogantur.

II. Iidem Collectores fideles exiſtant, ut Eleemoſynæ, Eccleſiarum fabricæ, locorum piorum utilitati, & ſimilibus erogari poſſint; ad quæ invigilent Parochi, ne è converſo illæ in vana inſumantur.

III. Regulares extrà noſtram Diœceſim degentes, vel in Oppidis, ubi Conventus eorum non adſit, niſi priùs oſtenſa Vicario Noſtro Generali Superiorum ſuorum facultate, ad elemoſynas colligendas non admittantur.

IV. Cęteros ad fidem converſos quæſtuantes, diligenter per Vicarios Foraneos obſervandos eſse mandamus, qui licentias Vicarii Noſtri Generalis illis conceſſas attentè perſcrutentur, videantque quo-

(1) *Conc. Trid. ſeſſ. 21. de ref. c. 9. ex Conc. Tarrac. c. 6. ſub Innoc. III. C. cum ex eo de pænit. Conc. Later., Lugdunen., Viennen. in d. Trid. cit.*

Digitized by Google

modo in omnibus ſe gerant, & quid de Sancta noſtra Religione, Sacriſque Imaginibus dicant, aut inſuper in ſimilibus agant.

V. Eremitæ in Campeſtribus Eccleſiis commorantes, niſi a Nobis, vel Vicario Noſtro Generali ſint approbati, non admittantur, maximè verò ſi juvenes ſint, & quadrageſimo anno minores. Ex illis Diœceſanos exoptamus omnibus plane notiſſimos, & non exteros ſi fieri poterit. Quicumque autem ſint, ut ſupra eadem ætate approbati, ſub Parochi directione vivant, Sacramenta quolibet menſe frequentent, cum mulieribus inhoneſtis minimè verſentur, eorumque mores, & vitam animarum Rectores, Vicariique Noſtri ſpeculentur, & omnia Nobis ſaltem liberis referant.

VI. Præcipimus etiam, ut nonplures Anacoretæ, quàm duo, eodem in Eremo juxta Apoſtolicas Conſtitutiones degere poſſint, quò Mulieres non admittant? Curent in reliquis ſe ritè in aſſumpti inſtituti regulis exercere, cunctiſque bonum de eorum vita præbere odorem, quare noctu minimè vagentur, nec die laicorum Ædes, confabulationeſque frequentent, caveantque, ut alii ſtulti, terrenos theſauros, ac ſimiles vanas perquiſitiones facere, nam theſaurizare non debemus Nobis (1) *theſauros in terra, ubi ærugo, & tinea demolitur, ſed theſauros in Cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea demolitur. Ubi enim theſaurus noſter eſt, ibi eſt & cor noſtrum.*

TIT. XXI.

De Sacris AEdibus, earumque Reverentia, & Immunitate, de Oratoriis, & Altaribus.

Veneranda, & timenda Divina Majeſtas, quam Cœli capere non poſſunt (2), & quæ infernum confregit, Tabernaculum ſuum cum hominibus (3) ponere fuit dignatus in templis, ut quùm pro peccatis Populorum iraſcitur Deus juſtus vultionum Dominus (4), ſuavitatis odore (5) placetur. Decet ergò *Domum Dei Sanctitudo* (6) *in longitudinem dierum:* ne de Throno ejus (7) tonitrua,

(1) *Matth.* 6. (2) *Pſal.* 148. 4.
(3) *Apocal.* 21. 3. (4) *Pſalm.* 93. 1.
(5) *Philip.* 4. 18. (6) *Pſalm.* 92. 5.
(7) *Apocal.* 4. 5.

Digitized by Google

trua, & fulgura exeant; ex quo fons vivus, ignis, charitas, & miſerationes, quarum non eſt numerus, emanant. Lapides pretioſi etiam ſunt muri Sacræ Dominicæ ædis, & tanquam turres Jeruſalem gemmis edificati. Quocirca ingredientes in illam mundare ſe debent, & corda ab omnibus, ut evacuent vitiis (1), oportet, virtutibuſque repleant: nam cùm illa Templa ſint Sancta (2), nos etiam cum membris noſtris Templum ſumus Spiritus Sancti, qui eſt (3) in nobis, undè meritò quæ infra decreta ſunt, volumus obſervari.

I. Ab Eccleſiis itàque muſicas illas, in quibus ſive organo (4), ſivè cantu laſcivum, aut impurum aliquid miſcetur, item Seculares omnes actiones, vana, atque adeò prophana colloquia, deambulationes, ſtrepitus, clamores arceamus, ut Domus Dei (5) vere domus orationis eſſe videatur, ac dici poſſit à Domino, *qui diligit decorem (6) domus ſua, quam fundavit in ſacula*.

II. Ideòque in his vigilent Rectores, & quod nullus averſus a Sacramento Euchariſtiæ ſedeat, neve cætus teneat, aut negotiis operam præſtet, non riſus, aut colloquia cum mulieribus habeat, ſed omninò devotus exiſtat, metuens Majeſtatem, & Sanctuarium Dei.

III. Ab Eccleſiis etiam, ſacriſque locis procul ſint, cujuſcumque fori tumultus, ſtrepituſque judiciorum, præſertim in criminalibus cauſis, quarè inquiſitiones, & quæcumque alia ad criminum cognitionem ſpectantia ab ipſis rejicientes, præcipimus occiſorum corpora à Judicibus, aut a Notariis maleficiorum recognoſci minimè poſſe in Eccleſia, ſed eò illata, inde aſportentur, & cædis cognitio à Sacris iiſdem locis prorsùs removeatur, quatenùs à Nobis licentiam obtinuerint exhumandi, extrahendique ab Eccleſia, & ſic extracta inſpiciendi cum aſſiſtentia perſonæ Eccleſiaſticæ. Nos verò facultatem illam concedemus in caſibus numerò Nobis conceſſis à Sacra Congregatione Immonitatis, cui talis auctoritas primariò eſt reſervata, deinde Epiſcopis, qui licet permiſſum exhumandi cadavera

(1) *S. Aug. ſerm. 252. de temp.*
(2) *ibidem & S. Thom. de Villanova Conc. dedicat. Eccleſ.*
(3) *Corinth. 6. 19.*
(4) *Conc. Trid. ſeſſ. 22. de celebrat. miſſar. in decr.*
(5) *S. Bonav. ſerm. dedic. Eccleſ. habetur Levit. cap. 19. Bulla S. Pii V. Cum primum.*
(6) *Pſalm. 25. 8.*

vera Laicorum pro recognitione facienda ſæpè dederint (1) ; attamen ex poſterioribus decretis tutior via illa eſt, ut vigore commiſſionis obtentæ a Sacra Congregatione Immunitatis (2), quæ ſolet permiſſionem concedere pro octo caſibus, procedatur.

IV. Perſonæ, cujuſcumque conditionis ſint, confugientes ad Eccleſias, earumque immunitate, prout de jure gaudendi capaces, nullo modo ab eis vi extrahantur, ſub pœnis per Canonicas ſanctiones contra hujuſmodi Eccleſiarũ violatores ſtatutis. Quod ſi vero hujuſmodi immunitatis aliquis ſecundũ jura incapax ab Eccleſia extrahi debeat, id exequi ſine Noſtra licentia ſcripto data, & aſſiſtentia perſonæ Eccleſiaſticæ deputatæ, non permittatur, at caveant immunitatis capaces ne dolo, vel fallaciis decepti ut ab Eccleſiis extrahantur conſentiant, & in manus ſecularium miniſtrorum incidant, tali enim in caſu ipſi ſibi providebunt, non enim in Eccleſiæ aſylum amplius poterunt reſtitui.

V. Meminerint Judices Seculares abſque Noſtro permiſſu, vel Vicarii Generalis Clericos in habitu incedentes, vel beneficiatos non poſſe carcerare, aliàs tàm ipſi, quam ipſorum Miniſtri excommunicationis latæ ſententiæ vinculis obnoxii detinebuntur, prout pari pœna ſe puniendos eſſe ſciant, qui Clericos quoſcumque impoſitione, vel exactione Vectigalium, Collectarum, & pedagiorum ſine requiſita Sedis Apoſtolicæ auctoritate, aut alia contra formam Jurium attentaverint.

VI. Qui diabolico auſu in Eccleſiis ipſis, vel in alio Sacro loco perſonam quamlibet quocumque genere armorum, etiam baculo, colaphis, aut pugnis, injurioſè cedere, vel igneos globulos ibidem explodere præſumpſerint, in excomunicationis pœnam Nobis reſervatam ipſo facto incurrant.

VII. Mulieres inhoneſtas, ſcortaque turpiter introducentes, vel reſtituentes in templis, vel illis annexis locis, aut intrà Eccleſiarum ambitum recludentes ſi Præsbyteri ſint, vel Clerici ab omni ordinum exercitio ipſo facto ſint ſuſpenſi, aliiſque pœnis arbitratu Noſtro plectantur, ſi verò Seculares, excomunicationis fulmine punientur.

VIII. In-

(1) *Januen. in praxi Eccleſ. cap. 41. num. 10. Bellett. diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. 1. §. 5. num. 148. Samuel. de ſepult. tract. 1. diſput. 4. controv. 13. num. 23. Raynald. obſervat. crim. tom. 1. cap. 1. §. 11. num. 26.*

(2) *Apud Monacell. in for. legal. pract. tom. 1. tit. 6. formul. 7. pag. 143. num. 11.*

Digitized by Google

VIII. Inſupèr nulla in Diœceſi hac conſtruatur Eccleſia abſque Noſtra facultate in ſcriptis obtinenda; (1) quùm Eccleſiæ decenti ornatu, ac dote fulgere debeant: Erectas verò (ſi ab illis, qui de jure tenentur, inſtaurati negliguntur) arbitrio Noſtro demoliemur, earumque onera ad alias, juxta Sacri Concilii Tridentini præſcriptum (2), transferemus.

IX. Omnibus Eccleſiarum cuſtodibus mandamus, ut dictas Eccleſias nocte incipiente clavibus claudant, earumque januas luceſcente die aperiant. Campeſtres verò ſolùm hora, qua Divina celebrantur, apertæ ſint. Iidemque Eccleſiaſticam libertatem, & Immunitatem defendere curent. Quæ autem explenda ſint in Eccleſiis, vel in earum foribus, tempore Verbi Dei prædicationis, ſuprà in illius titulo delibata ſunt.

X. In Templis, vel eorum in atriis, ſcalis, lociſque contiguis nemo quicquam venale collocare, vèl aſſervare præſumat, non frumentum, non legumina, non fruges, non fabrilia inſtrumenta, non trabes, non denique prophanæ ſuppellectilis genus.

XI. Sacrarum verò ſuppellectilium, illi quorum intereſt curam habeant, ne deperdantur, aut ſordida fiant, ſicuti in Noſtra Viſitatione deſuper fuit decretum. Omnes denique res Sacris addictæ, nunquam prophanis hominibus, aut mundanos ad uſus cuiquam commodentur, ſub pœna ad arbitrium contra Clericos, vel Sacriſtas relaxanda.

XII. Semel Dei Templum conſecratum, ſi violetur, aut polluatur, de integro à Nobis erit (3) benedicendum juxta Pontificale Romanum, & tunc reliqua in illo, vèl in Sacris Canonibus præſcripta, obſerventur.

XIII. Vas ad luſtralis aquæ conſervationem qualibet hebdomada renovandæ, ex marmore, aut ſolido lapide de more, ſit extructum.

XIV. Unumquodque Altare lapidem Sacratum habeat tela cerata coopertum, in quo (4) Sacra Hoſtia, & Calix collocetur.

XV. Dùm Miſsæ Sacrificium celebratur, ſuper Altari adſit alicujus Sancti Imago, & præſertim Crucifixi Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & duo ad minus candelabra cum candelis & cera, adſint etiam

ſecre-

(1) *C. nemo Eccleſ., & C. nullus Presbyt. diſtinct. 1. de conſecrat. cap. 1. & 4. de Eccleſ. ædific. Conc. Trid. ſeſſ. 21. capit. 7. de reform.* (2) *d. ſeſſ. 21. cap. 7.*

(3) *de Conſ. diſt. 1. Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat. 28. num. 56.*

(4) *C. ſi motum diſt. 1. de Conſecr.*

ſecretorum Tabellæ, pulvinaria, & tes mappæ ad Miſsæ celebrationem neceſsariæ, & alia de more in Noſtra Viſitatione plenè ordinata.

XVI. Turres Campanarum vigilanter cuſtodiantur. Campanæ noviter fuſæ, in illis non collocentur, nec uſui Eccleſiaſtico deputentur, priuſquam Sacris precibus, & ritibus benedictæ fuerint, ex quibus per multas in Marſorum Diœceſi anno 1727. annuente Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Domino Hyacinto Dragonetto Patritio Aquilano, Antiſtite verè probo, mihi firma amicitia juncto, benediximus; Eædem verò in hac Noſtra ditione, nonniſi ſtatutis horis pulſentur, nec temerè ad res prophanas ſignificandas adhibeantur.

XVII. Oratoria privata, ubi Miſsæ celebrantur, nemo habere poſſit; niſi auctoritate Apoſtolica eidem fuerint (1) conceſsa, quam Nobis exhibere teneantur, necnon Altaria quæcumque politè conſerventur juxta Viſitationis Noſtræ ſancita, & præſcripta.

T I T. XXII.

De funeribus, ſepulturis, ac ſuffragiis, & animabus in Purgatorio exiſtentibus.

QUi *poſuit in nervo pedes noſtros* Altiſſimus Dominus; *& obſervavit* (2) *omnes ſemitas noſtras, ac veſtigia pedum noſtrorum conſideravit*, Divina diſpenſatione peregit, ut & *caro* (3) *requieſceret in ſpe, & cujuſque opus, quale ſit* (4) *ignis probaret. Sancta igitur res eſt pro defunctis orare*, eorumque corpora Sacris honorare ſepulchris. Etiam apud Hebræos lege cautum erat, ne inſepulti homines (5) relinquerent; Nobis verò ità Auguſtinus (6) ait: *non condemnenda ſunt corpora defunctorum fidelium, quibus tanquàm organis, & vaſis ad omnia bona opera S. Spritus uſus eſt*. Origenes autem (7) hæc verba protulit: *Rationalem animam honorare didicimus, & hujus organa ſepulchro honorificè demandare*; è converſo ejici de ſepulcro oſſa mortuorum, & ad ſolem expandi, maximæ Divinæ iræ (8) ſignum fuit.

Li-

(1) *Gav. in Man. Ep. verb. Oratorium per tot. & num.4. Can. unicuique fidelium 33. de conſecr. d. ſt.1.* (2) *Iob.13.* (3) *pſalm.15.9.*
(4) 1.*Cor.3.13.* (5) *Rhodig. lect. Antiq l.9.c.43.* (6) *S. Aug. lib.1. de Civit. Dei c.13.* (7) *lib.5. & 8. contra Celſum.* (8) *Ierem.8.*

Digitized by Google

Licèt enim nil proſit juſtis, quin ubique ſepeliantur; quià *Domini eſt terra, & plenitudo ejus* (1), *& optima omnium ſepultura* (2) *ſit bona vita*; attamèn ut mortis memoria in Nobis revocetur, fideles in Eccleſiis ſepeliri debent, ubi ſic nos alloqui eorum cineres (3) videntur: *memores eſtote judicii noſtri, ſic enim erunt, & veſtra. Nobis heri, Vobis hodiè.* Quinimmò eadem ſepulchra (4), ideò monumenta dicta ſunt, quia monent mortalium mentes, ne ſuprà alios nos extollamus, & quod tàm exiguus locus, potentes quoſcumque claudat, & coerceat, ſicuti de Macedone legitur, cui totus mundus vivens non ſufficiebat, mortuum verò (5) terra ſex pedum occupavit. Monumenta hæc ſunt etiam noſtræ humilitatis (6) ſcholæ, quibus Dei præceptis conformamur, qui Parenti noſtro dixit; *terra es, & in terram ibis*, quo in ſenſu ait (7) Job: *nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, nudus revertar illuc.*

Neque verò defunctorum ſepulchra perquirere debemus eo pernicioſo errore, quo aliquorum ſtultitia increvit, ut ſuper tumulos cibos, & vina conferrent (8), quaſi quod egreſſæ de corporibus animæ, carnales refectiones exquirerent; ſed tantum orandi cauſa pro defunctis, & ob memoriam mortis, qua etiam à cultu ſuperbiæ, avaritiæ, luxuriæ, gulæ, aliorumque vitiorum, ut ex innumeris exemplis liquet, retrahi valemus. Hac memoria Naaman contra Idolorum cultum, regiæque aulæ illecebras pugnavit. Inſupèr tumula viſitantur propter fidem Reſurrectionis, ut Angelicus Doctor his verbis refert: *Sepultura ſpiritualiter prodeſt vivis, in quantum aſtruitur reſurrectionis fides; nam germinabunt Corpora noſtra projecta in ſepulchrum ex Apoſtoli ſenſu* (9) *quùm ait: Seminatur corpus in ignobilitate, ſurget in gloria*, de quibus plura apud Gretſerum in aureo libro de funere Chriſtianorum videnda ſunt. Et denique prælibata Nobis proſunt proptèr meritum eorum, quo mortuos, ſepeliunt. Tobias ob hoc officium (10) fuit plenè commendatus ab Angelo, & Judas Machabæus (11), quod interfectos in prælio hoſtes, ſepeliri juſſerit, & ſic de aliis in novo, ac veteri Teſtamento, præſertim de Joanne, & Chriſti tumulatoribus paſſim legitur.

I. Ideòque expirata anima, Parochus, vel Eccleſiæ Rector, ad quam efferendam eſt Cadaver, ſignum obitùs Campanæ ſono, juxtà

P

(1) *pſalm.* 23. (2) *S. Chryſoſt. hom.* 84. *in Joan.*
(3) *Fabr. in Conc. tom.* 2. *pag.* 808. (4) *S. Aug. lib. de Cur. pro mort. c.* 4. (5) *Fabr. ibid.* (6) *d. Chryſoſt.* (7) *Job. c.* 1.
(8) *S. Aug. ſerm.* 15. *de Sanct.* (9) 1. *Cor.* 15.
(10) *cap.* 2. *&* 12. (11) *Machab.* 12. *cit.*

Digitized by Google

juxta Civitatis, vel loci conſuetudinem ſervato Rituali Romano, dari curet, ut pro illa Chriſtifideles orent. In adultorum funere ſonus lugubris exhibeatur, ut ab aliis functionibus diſtinguatur; parvulorum verò (1) feſtivus ſit, quùm eorum animas ſanguine agnî dealbatas, ad Cœlum evolare non dubitetur.

II. Feretrum ligneũ decentèr fabrefactũ Parochiales habeant pro Cadaveribus defunctorũ efferẽdis, necnon ex oloſeriço, vel decenti pãno nigri coloris ſtragulam, feretro cùm opus fuerit ſubſternendam.

III. Sacras alias ceremonias, & ritus, quibus ex relata vetuſta traditione, ac Summorum Pontificum inſtitutis pia Mater Eccleſia in prædictorum filiorum ejus funeribus uti ſolet, tanquam vera Religionis delibata myſteria, Chriſtianæ pietatis ſigna, & ſaluberrima defunctorum ſuffragia, Parochi ſummo ſtudio uſu retineant, atque cuſtodiant.

IV. Nova ſepulchra abſque Noſtra licentia non conſtruantur, vel eadem ſub Altaribus, aut propè (2) effodi nolumus, ſed ab Altaris pradella per duos ſaltem cubitos remota, & ſi quæ aliter conſtituta ſint, ſubmoveri, aut deſtrui jubemus.

V. Cæmeteria circùm Eccleſias conſtituantur ampla pro Eccleſiæ magnitudine, populique multitudine, muro undique ſepiantur, Cruce in medio ſita, & oſtio clavibus ſemper clauſo, ne canes, & jumenta, aliaquè animalia intrare poſſint.

VI. Nullæ in Cæmeteriis frugiferæ arbores creſcere ſinantur, aut herbæ, nec ligna, aut ſaxa, vel ſordes in ea projiciantur, nec quicquam loco ſacro indecens in eis expleatur.

VII. Nullius mortui corpus humi tradatur, qui non horas ſaltem viginti antè, animam egerit; ſi verò repentino oppreſsus fuerit caſu, ad viginti quatuor horas funus differatur, ad Noſtrum arbitrium pœna Eccleſiarum Rectoribus contrarium agentibus, indicta; ſicuti etiam ſi prætextu debitæ quartæ funeralis, alteriuſque alias cujuſuis debitæ ſolutionis differatur, ad noſtrũ arbitriũ pœna Eccleſiarũ Rectoribus contrariũ agentibus indicta, ſicuti etia ſi prætextu debitæ quartæ funeralis alteriuſq; alias debitæ cujuſuis rei ſolutionis differatur; lites itaq;, non retardata interim Cadaveris ſepultura, ſolitis emiſsis proteſtationibus decidendi gratia ad nos deferant, & Clerici cõſuetis erogationibus contenti, nil innovare, aut paciſci præſumant.

VIII. Quo ad aſsociationem defunctorum per Capitulum, & Capitula reſpectivè faciendam, ſolita eorumdem conſuetudo obſervetur, & in hac Urbe ad prædictam aſsociationem nullo quovis prætextu

(1) *Rit. Rom. de exequiis parvulor.* (2) *C. præcipiendum 13. qu. 2.*

textu in contrarium fortaſse excitando, quatuor Cathedralis Noſtræ Dignitates intervenire poſsint ac debeant, quemadmodum & Confratres de more.

IX. Ad evitandas tamèn diſsenſiones inter Clerum Secularem, & Regularem cùm Parochi aſsociando defunctorum Parochianorum cadavera, Regularium Eccleſias, ad quas illa erunt deferenda, attingant, poſtquàm in illas dicta Cadavera fuerint illata, ad Regulares in propriis Eccleſiis officii, & exequiarum celebrationem ſpectare ſciant; quare iis exequendis ſeſe non ingerant, ut pluries Sacra Congregatio Rituum reſolvit, ſed proprio vexillo in partem collato, aliis non occurrant functionibus, quam officiis completis ſi expectare maluerint, ultimum vale, ſeù requiem ipſis defunctis dando: Nam cuilibet liberum eſt ubilibet ſepulturam (1) ſibi deligere, præterquam in Monialium Eccleſiis.

X. Clerici, niſi ſepulturam eligant, beneficiati ad reſidentiam obligati, (2) ſepeliantur in Eccleſia, in qua proximè beneficium obtinebant, alii verò, ſi non electo ſepulchro obierint, in Cathedrali; & cæteri omnes eodem modo vita functi in eorum Parochia.

XI. Peregrini pariter ſine ſepulturæ electione decedentes, ſepeliantur in Cathedrali, relicto eo, quod Parocho ex conſuetudine competit.

XII. Miſerabilium, & pauperum (3) Cadavera Parochi gratis tumulo mandare teneantur, & pro funeris ceremonia ſordidi quæſtus, aut mercimonia omninò vitentur. Ubi autem Hoſpitalia extant, ibidem, ut moris eſt, ſepeliantur.

XIII. Qui verò ſepulturâ carere debeant, hi ſunt (4); nempè infideles omnes, publicè excommunicati, & denunciati, notorii Clericorum percuſsores, interdicti, mortui in duello, uſurarii manifeſti, niſi reſtituerint, decedentes ſine baptiſmo, ſeipſos ex induſtria occidentes, in peccato publico, & manifeſto nullo dato contritionis ſigno ex hac vita migrantes (5), & hujuſmodi ſub pœnis à Sacris Canonibus indictis; Eccleſiaſticis etiam ſepulturis careant latrones, fures, raptores, niſi antè mortem ſatisfecerint, quique ſaltem ſemèl in anno Confeſsionis Sacramento peccata non expiaverint, &

 Sa-

(1) *cap. 1. de ſepult. in 6.* (2) *Conc. Lateranen. 3. tit. de ſep. c. 2.*

(3) *C. ſuam de Simon.* (4) *de Sepulch. cap. Sacris cap. Parochiali, Conc. Later. 3. tit. de excom. 680. cap. 5.*

(5) *c. 15. de ſent. excom. in 6. c. 1. de hæretic. c. quia in omnibus eod. tit. c. placuit, 23. quæſt. 5. c. fin. de ſepult. c. ſtatuimus de maledic. cap. fures 13. quæſt. 2.*

Sacra Euchariſtia in Paſchate non ſint (1) refecti, niſi id in ipſa ægritudine præſtiterint.

XIV. Inopinatè defuncti, niſi conſtet eos antè fuiſse publicos peccantes, ſepultura haud priventur.

XV. Cadavera infantium, qui ſine baptiſmo moriuntur, propè Eccleſias, ſed in loco non ſacro ad id ſpecialiter conſtituto, tumulentur. Fætus tamen in ventre Matris exiſtens, tanquam viſcerum eius pars cum Matre ſepeliatur.

XVI. Qui decimas ſolvere noluerint, & de ſolvendis pluries admoniti adhuc in contumacia, & obſtinatione perſtiterint Nobis inconſultis non ſepelliantur.

XVII. Meminerint prætereà Parochi, vel alii ad quos de Conſuetudine Eccleſiæ pertinet, ad præſcriptam Romani Pontificalis Formulam quoſcumque Parochiæ defunctos in librum referre ſub pœna ad arbitrium locis Piis &c.

XVIII. In futuro obitu Summi Pontificis Sanctiſsimi Domini Noſtri BENEDICTI XIII. (qui obitus poſt longam annorum ſeriem, ut optamus contingat) propter beneficiorum officia, ſi tunc vivemus, ſolemne funus in hac Catthedrali nobiſcum expleatur, necnon quotannis tertia die Novembris ſolemniter ibidem, inque aliis Eccleſiis Miſsæ celebrentur pro defunctis Epiſcopis, Dignitatibus, Canonicis, Sacerdotibus, & Clericis; opus ſanè mutuæ pietatis, quod ſi, ut hortamur, impleverint, erunt pariter tuti, qua menſura aliis menſi fuerint, cumulatim ſuo tempore eſse ſibi remetiendum.

XIX. Sacræ funerum ceremoniæ Chriſtianæ pietatis ſigno fiant, & dùm lugubre mortalitatis ſpectaculum in Chriſtiano cadavere exhibetur, abſint riſus, deve rebus inutilibus colloquia, ſed vera humilitate, ac devotione ſuffragiis animarum unuſquiſque præſtet operam. Hæc autem ſuffragia de more explenda, à nemine quovis ſubterfugio, non prætermittantur, ſed illa diligentiſsimè cuſtodiri, immò etiam augeri, vehementèr optamus; fratribuſque noſtris quovis tempore decedentibus reliqui ſuperſtites mutua ſpiritualis auxilii retributione, ut jam dictum eſt opitulentur.

XX. Ultimi Antiſtitis hujus Eccleſiæ defuncti recurrente die obitus, vel ſi impeditus fuerit, die præcedenti, vel ſubſequenti, Anniverſarium cum Miſsa defunctorum peragatur, cui & Nos aſsiſtere non recuſabimus.

XXI. Concionatores uno ſaltem die in Quadrageſima, eleemo-

ſynam

(1) *c. omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.*

ſynam pro ſuffragiis animarum Purgatorii ſalubriter, efficaciterque fidelibus commendent; & de earumdem pœnis ac egeſtatibus concionem ut ſuprà (1) innùimus, haud prætermittant. Enim verò Purgatorius ignis (2) durior erit, quam quod poſſit ullum pœnarum genus in hoc ſæculo aut accidere, aut ſentiri, vel cogitari; quià ignis eſt juſtitiæ Dei ita dicentis (3): *acuero ut fulgur gladium meum;* & alibi Dominus (4) nominatur ſpiritus ardoris, eodemque igne; quo cremantur damnati, purgantur electi; undè animæ illæ electæ ardorum vim patientes (5), clamant quotidie & nemo eos audit. Pater ac Mater dereliquerunt illas, & noti earum quaſi alieni receſſerunt ab eis. Dereliquerunt eas propinqui ſui, & qui eas noverant, obliti ſunt ipſarum, quæ jacent in candentibus carbonibus in domo horroris, & vaſtæ (6) ſolitudinis. Cogitemus quod nihil cernere valent, niſi cruciatus, & tormenta, nihil ibi audire, niſi gemitus, & ploratus: nihil guſtare, niſi amaritudines; nihil tangere, niſi rogos, & ignes. Habent etiam pœnam damni ob privationem Summi Boni, & pœnam ſenſus in dictis tormentis, ratione etiam durationis, quià plurimæ animæ ad longum tempus ibi detinentur, ut indicat Eccleſia cum Anniverſariis mortuorum, & ob continuationem in eodem ſtatu. Quid igitur hic faciendum Nobis? Quid agendum cum illis? Mereri nihil poſſunt; accedere ad Nos, & clamare non poſſunt. *Sancta ergò, & ſalubris eſt cogitatio (7) pro defunctis exorare, ut à pœnis peccatorum ſolvantur*, & illæ (8) grato animo pro Nobis preces fundunt. Ideòque omnes in Domino hortamur, præſertim Sacerdotes, erga Animas Purgatorii, ex quibus infinitæ propemodùm gratiæ Nobis ſcatent, devotos eſſe, ſimulque effringamus noſtris orationibus, Eleemoſynis, Sacrificiis (9) piiſque operibus Cœli tectum; quò tandèm parentes, fratres, ſorores, amicos, alioſque fideles, præcipuè ab hominum memoria deletos, ad conſpectum Dei inferre poſſimus, unàque cum ipſis aliquandò in æternum ſociari.

XXII. Hortamur denique Concionatores, ut dicta die Concionis Animarum Purgatorii per Civitatem, & Oppida poſt Veſperas

pro

(1) *Supr. tit.* 4. (2) *Suar. diſp.* 45. *ſeſſ.* 4. *de purg.*
(3) *Deut.* 32. (4) *Iſai.* 4.
(5) *Job.* 19. (6) *Deut.* 32.
(7) *Machab.* 2. *cap.* 12. *v.* 46.
(8) *Durand. Ration. Divin. Officior. lib.* 7. *de Offic. mortuor. cap.* 35. *numer.* 24. (9) *Concil. Trident. de Purgator. ſeſſ.* 25. *ubi Barb. pag.* 368.

pro iiſdem ſuffragiis quæſtuationes expleant, quas & Clerici ſtatim poſt Concionem illam, in Eccleſia peragant.

T I T. XXIII.

De Legatis Piis.

UT fideles ad pia opera in dies alliciantur, & minimè retardentur (1) ea, qua poterimus ſedulitate, & quantum Nobis, ut Apoſtolicæ Sedis Delegato, (2) jura permittunt ſalubres ipſorum Diſpoſitiones, tàm in ſuprema voluntate, quam inter vivos legitimè exaratas celeri executioni demandari, & aliena malitia, aut negligentia debito effectu non defraudari uſque vigilabimus; qua de re circa hoc.

I. Statuimus, ut omnes Parochi, Viceecurati, Vicarii Foranei, & alii quicumque Tabelliones præſertim, qui legitimas, juxta Iurium præſcripta aliquorum ad pias cauſas diſpoſitiones ſciverint, intrà duos menſes à præſentium Conſtitutionum publicatione, eorumdem diſpoſitionum notulas ad Nos tranſmittere teneantur, (3) ut earumdem piarum voluntatum, quæ huic Curiæ incognitæ ſunt, aut ab eis, ad quos pertinet non adimpletæ, adimplementa curare valeamus: Contrarium facientes, ſivè Clerici, ſive Seculares ſint meminerint, ſicut etiàm meminerint illi, qui talia onera malitioſe occupant, vel eis non ſatisfaciunt, necnon directè, vel indirectè impedientes, ne ad favorem piæ Cauſæ (4) conceſſiones fiant, meminerint inquam, ultrà recentiores Summorum Pontificium Conſtitutiones, olim in Carthaginenſi (5) definitum fuiſſe, hujuſmodi excommunicatione non ſolum eſſe feriendos, ſed etiam tamquam infideles ab Eccleſia eſſe ejiciendos, *quià uſque ad Fidei diminutionem pertinere cenſendum eſt hanc divinæ pietatis exacerbationem.*

II. Quià verò multi contra has pias voluntates, ne ad effectum reducantur, multa ſolent malitioſè cavillari, ideò ut hujuſmodi cavillationibus, quæ à cupiditate omnium malorum ſeminario excogitantur, omnes viam præcludamus, volumus, ut omnes Parochi, Viceecurati, & cæteri, ut ſuprà, ſi quando coram ipſis Teſtamenta ad has pias cauſas condenda ſunt, nihil omittant eorum, quæ ad validam

(1) *c. eos quidem c. tua nobis, c. Ioannes de Teſtam.* Clem. *Quia contingit de Relig. dom.* (2) *Conc. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 8.* (3) *S. Pius V.* Conſt. *56. Ad Rom. Pontificem.* (4) *cap. Si haredes. de teſtam. Auth. de Eccleſ. titulis §. ſi autem hares.* (5) *cap. 41.*

lidam eorumdem Teſtamentorum conditionem requiruntur, quod ſi in hoc, vel negligentes, vel molitioſi fuerint, legitimos Teſtes non adhibuerint, graviter punientur Eccleſiaſticis cenſuris Seculares, Clerici verò aliis etiam pœnis ad arbitrium.

III. Cuncti Eccleſiarum Rectores & piorum locorum Adminiſtratores, iiſdem Eccleſiis & locis Piis bona immobilia quomodolibet relicta in Inventarium juxta alibi ſancita referre teneantur, necnon peculiarem librum, ubi conceſſiones, & onera de more adnotentur, & ſi in illis adſint onera Miſſarum, relatio ad illa, quæ ſuperius in titulo de Sacrificio Miſſæ dicta ſunt, prorsùs habeatur; ſi verò mobilia ſint eadem lege conceſſa, id quoque ſimili modo expleri debeat, ſub pœna ad arbitrium Noſtrum eroganda ut ſupra, & in ſubſidium excommunicationis.

T I T. XXIV.

De bonis Eccleſiarum, Locorum Piorum, Montium Pietatis, pignorum, frumentariorum, & Hoſpitalium.

OMnipotens Deus *per quem omnia facta ſunt: & ſine quo factum eſt nihil* (1), *cujus eſt Orbis Terrarum* (2), de his quæ creavit, non dedignatur ab hominibus partem accipere (3) decimarum oblatione contentus (4), minuta quoque (5), piloſque Caprarum ineffabili miſeratione non reſpuens: *Verum omne* (6) *quod Domino conſecratur, ſive homo fuerit, ſivè animal, ſivè ager non vendetur, nec redimi poterit, & quidquid ſemel conſecratum fuerit, Sanctum Sanctorum* Domino erit. Idcircò ut quæ ſunt credita Nobis, omni integritate ſerventur, ſequentia edicimus.

I. Meminerint itaque Eccleſiarum, & Piorum locorum adminiſtrationibus manus tenentes, ſe Jeſu Chriſti, & pauperum patrimonium miniſtrare: (7) quare qui Hoſpitalibus præſunt, curent eorum redditus, & obventiones ita erogare, ut Inſtitutoris voluntates, ſivè in Orphanotrophio, ſive in Xenodochio, aut Noſokomio, & in

(1) *Joan. c.* 1. (2) *Pſalm.* 23. 1.
(3) *Num.* 8. 24. (4) *Marc.* 12. 42.
(5) *Exod.* 25. 4. (6) *Lev.* 27. 28.
(7) *C. expedit.* 12. *qu.* 1. *C. cum ſecundum de preb.*

Digitized by Google

& in Hoſpitalitate habenda, promptè executioni mandetur, juxtà quod Concilia, & Summi Pontifices definiunt ad quorum Jurium formam volumus eligi, vel (1) confirmari dd. reddituum, & obventionum adminiſtratores, qui rerum eis in adminiſtrationē traditarum inventarium faciant, pro tempore renovandum, ac recordentur oportet Concilii Carthaginenſis (2) præſcriptum, ità dicentis: Illi qui negant Eccleſiæ oblationes defunctorum, aut illas cum difficultate præbent, ſint excommunicati tanquam occiſores egentium; & Concilium Rhegienſe ſub Sixto III., & Theodoſio II. Imp. quod ſolis ſex Canonibus continetur, hæc decidit: Omnes qui mortuorum oblationes retinent, & eas Eccleſiæ largiri retardant, debent tanquàm infideles ab Eccleſia, & fidelium communicatione expelli; Hi ergò tales quaſi egentium necatores, nec credentes judicium Dei habendi ſunt, quemadmodùm & alii piorum operum adminiſtratores.

II. Si qui ergò in reddenda ratione adminiſtrationis, aut in ea adimplenda defecerint, aut debitor apparverit, ab officio excluſus, niſi debitum ſolverit, iterum non admittatur; ære alieno gravati, aut nimis inopes, ipſique loco pio debitores, non eligantur in ejus adminiſtratores, & electi minimè admittantur, ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis.

III. Bona locorum Piorum noſtræ juriſdictioni ſubjectorum immobilia, aut mobilia prætioſa nemo vendere, alienare (3), vel quomodolibet obligare, etiam cum clauſula, reſervato beneplacito Apoſtolico (4) quatenùs opus ſit, niſi realiter, & cum effectu, idem beneplacitum priùs acceſſerit ſub pœnis in Sacris Canonibus, & in Conciliis ſtatutis, præſumat. Mobilia verò non prætioſa, & quæ ſervando ſervari non poſſunt, aut prædiola modici valoris, quæ ſummam ſcutorum quinquaginta non excedunt, & quæ pariter de Jure alienari ordinaria auctoritate permiſſum eſt, (5) Nobis aut Vicario Generali inconſultis, ac ſine licentia in ſcriptis obtinenda diſtrahi, permutari, aut quomodocunque obligari non poſſint, ſub pœna

(1) *Conc. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 8. & 9. Gregor. 1. lib. 3. epiſt. 24. de Relig. Dom. c. de Xenodoch. Clem. de Relig. Dom. c. quia contingit.*

(2) *Conc. Carthag. cap. 41. & Conc. Agatenſe cap. 4.*

(3) *Paul. IV. conſt. 2. injunctum, Conc. Nicen. 2. c. 12. Bulla in Cœna Domin. §. 11. 17. quæſt. 3. c. ſicut antiquitùs.*

(5) *C. nulli de reb. Eccl. non alien. extrav. ambitioſæ eod. tit. Vrb. VIII. Conſt. humanæ, Conc. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 11.* (6) *C. hoc jus 10. quæſt. 2. can. terrulas 12. qu. 2. Conc. Agath. c. 4. 12. qu. 2.*

pœna nullitatis contractuum; aliiſque arbitratui Noſtro relictis.

IV. In adminiſtratione, & redditione rationis, libri exhibeantur cum ſuis partitis (1), cumque expreſſo die, menſe, & anno, aliiſque de more ſervandis.

V. Cùm redditus ex fidelium voluntate in eleemoſynam erogandi ſunt, ut ſæpè in hac Civitate contingit ex pia aliquorum hominum, præcipue clar. mem. Joannis Baptiſtæ Cardinalis de Luca Venuſini diſpoſitione, omnia ea ſervari mandamus, quæ in eorum teſtamentis exarata ſunt, & quæ Nos in libro Congregationum hæreditatis dicti Cardinalis decrevimus, ac Noſtra ſubſcriptione nupèr firmavimus; caveantque Miniſtri in omnibus his, aliiſque eleemoſynis, ut verè egentibus de Parochi fide, dignorumque teſtimonio, eleemoſynæ prædictæ diſtribuantur, ne præter ordinem pii inſtituti (2), ſancta opera prævaricentur.

VI. Hoſpitalibus deputati, curent in Peregrinis, alioſque pauperes, oculos, & charitatem habere, & à dictis Sacris locis hiſtriones, aleatores, Nebulones, & hujuſmodi perditos homines arceant. Qui verò mulieres ſecùm ducunt ſub matrimonj ſpecie niſi de eo per authenticas atteſtationes liquidò conſtet (3), non recipiantur, ſicuti nec armati.

VII. Diſtinctæ ſint undique tàm pro viris, quàm pro fœminis, ſi fieri poteſt, manſiones, & ſeparentur pueri a natu majoribus, etiam per diſtincta cubicula, nec benè valentes cum infirmis cubare permittatur.

VIII. Iidem Peregrini, Angelicas ſalutationes, aliaſque ſolitas orationes, quùm ibidem permanent, recitare debeant, ac pro benefactoribus orare, quæ omnia ut expleantur, ſuperiores miniſtri vigilent; Parochi verò in pueros expoſitos omninò oculos habeant, ne pereant.

IX. Locationes dictarum Eccleſiarum, ac omnium Locorum piorum noſtræ juriſdictioni ſubjectorum ad longum tempus minimè fiant, nec quocunque modo bona prædicta, & ſemoventia, vel quæcunque alia cujuſuis generis, & ſpeciei eodem modo locari liceat Adminiſtratoribus, Prioribus, directè, vel indirectè niſi pro magna Ec-

(1) *Conc. Trid. ſeſſ. 22. de ref. cap. 9. S. Cong. Conc. Hiſpalen. 11. Jan. 1596. Pignat. conſ. 15. num. 37. tom. 7. hęc ſimiliter mandant nempè Epiſcopum poſſe omnes cogere ad reddit. rat. locorum Piorum.*

(2) *Conc. Mediol. par. 2. tit. de Pior. loc. admin. Conc. Colon. 2. par. 11. cap. 1., & ſeqq.* (3) *Ex decret. Sangr. Congr. 1627. & Conc. Mediol. ibid.*

cleſiæ utilitate aliter judicio Epiſcopi decernatur (1); necnon prævii bandimentis res ipſæ locari debeant, & tales actus aliter facti nullius ſint roboris, & valoris.

X. Meminerint denique omnes, quod cædentes arbores, ac uſurpantes Juriſdictiones, fructus, redditus, & proventus Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticarum perſonarum, eorumque decimas, & ſimilia retardantes rationes Eccleſiarum, & Monaſteriorum, in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini contentæ (2) ipſo facto incidunt.

XI. Montes pietatis, pignorum, & frumentarii ab eodem laudato Em. Cardinali de Luca ſumma largitate in hac Urbe inſtituti, ut eorum beneficio pauperes ſubleventur, ab hominibus fide ac induſtria clari, ſicuti Leo X. in Concilio Lateranenſi (3) deſuper ſtatuerat, regantur.

XII. Quocircà omni pietate, ut etiam adminiſtrentur, oportet, nec pro lucro aliquid pluris accipi poterit eo, quod in ipſa inſtitutione cautum eſt; undè legem illam ab Eminentiſſimo Fundatore ſtatutam, necnon decreta in Viſitatione a Nobis edita, obſervari mandamus.

XIII. Capitula inſuper, & ſtatuta dictorum montium à Noſtris Prædeceſſoribùs commendata, non prætermittantur, nec quicquam eis addatur, vel minuatur.

XIV. Qui verò in reſtitutione mutuati frumenti moroſi, aut fraudolenti deprehenſi fuerint, ad reſtitutionem celeriter, exequutione mediante, compellantur.

XV. Frumentum in horreis peculiariter huic uſui deſtinatis, diligenti cura aſſervetur, & ſub duabus clavibus recondatur, quarum una penes unum, altera apud alterum ex miniſtris exiſtat, & diſtributiones, & reſtitutiones in libro benè compacto cum mominibus accipientium, & reſtituentium, additis anno, die, & menſe, deſcribantur.

XVI. Montiſtæ in fine cujuslibet anni rationem reddere teneantur prout de more, aliàs eorum officio privati exiſtant, & juris remediis ad talem rationem cogantur.

TIT.

(1) *Conc. Trid. ſeſs. 25. de ref. cap. 11. in fin. & d. extr. amb. de reb. Eccleſ. non alien. c. nulli liceat eod. tit.* Conc. *Conſtantien. poſt ſeſs. ult.*

(2) *DD. apud Barboſ. ſuper* Conc. Trid. *ad d. c. 11. ſeſs. 22. nu. 2. 6.*

(3) *ſeſs. 2.* Conc. *Trid. ſeſs. 22. cap. 8.*

*Seu: x.

TIT. XXV.

De Criminibus coercendis, eorumque pœnis.

UTinam gens contrà gentem non ſurgeret, equidem iræ terræmotùs non eſſent in locis, cupiditates alienorum bonorum non grafarentur ubique, nec peſtilentiæ malorum morum, & facinorum tam frequenter, & amarè proſpicerentur in terra, quæ in Adam (1) maledicta, ſpina, & tribulos germinare minime deſiſtit. *Væ mundo ab ſcandalis, neceſſe eſt enim ut* (2) *veniant ſcandala: verumtamèn væ homini illi per quem ſcandalum venit.* Nos autem quum *pro ovibus noſtris* (3) *animam ponere debemus, & impiis annunciare ſcelera eorum* (4), quia cura animarum Diœceſis principalitèr humeris noſtris eſt (5) commiſſa, licet ab impietatibus fortaſsè non convertentur, attamen animam noſtram liberabimus; unde, quæ infra decreta ſunt, omninò ſervari mandamus.

I. Præcipimus itàque neminem ex Noſtris Vicariis Foraneis delicta occultare poſſe ſub graviſſimis pœnis contra eoſdem relaxandis, ſed Nobis illa literis denunciare debere, quemadmodum ſuprà in titulo de Archivis (6) cautum eſt.

II. Proceſsus omnes Civiles, & Criminales, ſcripturæ quævis, & Epiſtolæ Sacrarum Congregationum, edicta, necnon proceſſus patrimoniorum, & horum ſimilia, in hoc Noſtro Epiſcopio, & Cancellaria omninò reponi debeant, & nullus domi eadem retinere poſſit, ſub pœna ad arbitrium infligenda.

III. Meminerint Clerici omnes eorum quæ Sacri Canones his verbis (7) ſtatuerunt: homicidas, & ſacrilegos, & venerarios punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium.

(1) *Gen.* 3. 17. 18. (2) *Matth.* 18. 7.
(3) *Joan.* 3. 16. (4) *Iſ.* 58. 1.
(5) C. *nullus de Paroch. Squillant. de oblig. Epiſc. par.* 1. *c.* 20. 4. 2.
(6) *tit.* 21. (7) *Can. homicidas* 31. 23. *quæſt.* 5.

TIT. XXVI.

De Concubinariis, cæteriſque criminoſis, & Meretricibus.

POſſumus ex Concilii Tridentini (1) decreto Concubinarios per accuſationem, per denunciationem, inquiſitionem ex officio, & quovis modo Nobis benè viſo, præſertim verò in Clericos de tali crimine infectos, pœnis ſpecialibus a jure decretis procedere.

I. Confeſsarii Concubinarios non abſolvant, niſi remota occaſione reſipiſcant. De blaſphemis autem, hæreticis, ſortilegis, & divinatoribus, in anteactis locis (2) loquuti ſumus.

II. Clericus ſtuprator graviter punietur; nam ultrà ſolutionem dotis (3), in pœnam quoque incidat ducatorum centum Turri Campanariæ hujus Cathedralis erogandam.

III. Qui mulierem libidinis cauſa de loco ad locum adducit, & raptor dicitur, raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, & favorem eidem præbentes, ſint ipſo jure excommunicati, cum cæteris pœnis, quas contra tale flagitium, Sacra Tridentina Synodus decernit, & ſi Clerici, ſint omnium dignitatum incapaces. (4)

IV. Decernit etiam Sancta Tridentina Synodus (5) inter raptorem, & raptam, quandiù ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere matrimonium, quod ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in uxorem habebit, & nihilominus excommunicati exiſtant, donec abſolvantur: Clerici verò eodem Concilii decreto, de proprio gradu decidant, aliiſque pœnis a jure ſancitis, plexi remaneant.

V. Ea omnia, quæ per Canonicas, & Pontificias (6) Sanctiones

(1) *ſeſs.24. c.8. de refor.* (2) *tit.2.*

(3) *apud Antonell. de reg. Eccleſ. lib. 6. cap. 30. num. 5.*

(4) Conc. *Trid. ſeſs. 24. c. 6.* (5) *ibid.*

(6) Con*ſt. effrenatam, apud Antonell. cit. lib. 6. cap. 32. cap. conſuluiſti 2. quæſt. 5. d. cap.* Con*ſuluiſti Syl. in verb. abortus*, Conc. *Trid. ſeſs. 14. can. 7. in decr. d. ref. cap. ex litteris de divor. cap. tua de Procur. cap. diſcretionem de eo qui* Cogn. Con*ſang. cap.* Con*ſanguineorum ubi gloſ. 3. qu.4. cap. infames 6. qu.1. cap. inceſtuoſi 35. qu.8.* Clem. *unic. ubi gloſ. de* Con*ſang., & affinit.*

nes contrà committentes abortum definita ſunt, & ea etiam, quæ contra adulteros, lenones, & inceſtuoſos maximè ſi Clerici fuerint adamuſſim obſervare curabimus, ſciant itaquè præſertim inceſtuoſi qui in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis conſtitutione Canonica interdictis, hoc eſt uſque ad quartum gradum ſcienter matrimonium contraxerint, ipſo facto ſint excommunicati (1).

VI. Clericus pro tali crimine deponatur, & ipſo jure ejus beneficia vacare ſciat (2), & ſi conſtitutus ſit in Sacris, & matrimonium contrahere præſumpſerit, ſtatim excommunicationis fulmine (3) percuſſus remaneat.

VII. Meminerint inſordeſcentes per annum in excommunicatione ipſos ſuſpectos eſſe de hæreſi, ſi animo pertinaci perſeverent in contemptum clavium, contrà quos Canonicis decretis juxta facti circumſtantias graviſſimè procedemus; ſicuti & contrà conculcantes Sanctorum Imagines.

XIII. Nefandum abominabile ſcelus à Jure Civili acriter punitur, & Jus Canonicum Laicos id committentes excommunicationis gladio ferire ſolet, Clericos verò eodem crimine, quod Deus avertat, infectos deponi mandat, vel ad agendam pœnitentiam in Monaſterio detrudi, (4) & ſi notorii ſint, ipſo jure ſuſpenſos eſſe decernit, ſecundum Conſtitutiones Sancti Pii V., quarum altera incipit; *Cum primum*, altera verò: *Horrendum illud ſcelus*, quod peccatum Nobis reſervatum eſſe Confeſſarii meminerint.

IX. Meretrices implorato brachio ſeculari habitare non permittatur in viciniis honeſtis, nec propè Eccleſias, vel Oratoria, & Monaſteria virorum, & mulierum, & ſi publicæ ſint, non abſolvantur, niſi verum pœnitentiæ ſignum dederint, & Parochi ſuper eiſdem invigilent.

X. Ipſorum etiam Parochorum exceſſus, juxtà caſuum circumſtantias (5) ad formam Canonicarum Sanctionum puniemus.

XI. Confeſſarii ſollicitantes in Confeſſione mulieres, vel maſculos ad turpia, ut ſuperiùs in titulo de Sacramento Pœnitentiæ cautum fuit, condigna pœna, & tanquàm ſuſpecti de fide (6) mulctabun-

(1) *DD. apud Antonell. lib. 6. cap. 35.*
(2) *D. Clem. uni. de conſang., & affinit.*
(3) *cap. Clerici de exceſs. Prælat.*
(4) *De quib. in tot. tit. jur.* Canon.*, & apud Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 6. cap.* 4.
(5) *DD. ibid. lib. cit. cap. 6.*
(6) *cap. negotiatorem* 88. *diſt. cap. fin. de vit. & honeſt.* Cler.

ctabuntur: & ità contra ſimiles alios delinquentes procedere non prætermittemus, maximè in Clericos illicita negociatione (1) detentos, & quomodolibet negotia facientes.

XII. Duellum committentes a Jure Civili (2) puniuntur, & a Jure Canonico (3) excommunicantur.

TIT. XXVII.

De Crimine falſi, literis, libelliſque famoſis.

LUcifer mendax, & mendacii pater, *qui ab initio* (4) *in veritate non ſtetit*, aſſeclas, & filios tenebrarum ſibi inter homines advocare ſemper intendit, quos ut eliminemus, ſtudium non omittimus.

I. Infame itaque ac deteſtabile falſi crimen, graviter puniri unuſquiſque ſciat; nam de Jure Canonico falſificantes, vel falsò fabricantes literas Apoſtolicas, ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ Domini (5), & Clerici ultrà excommunicationem beneficiis ac officiis privantur, & degradandi ſunt.

II. Falſificantes literas Principum, ſi Clerici ſint, etiam deponuntur.

III. Falſas literas ſcribentes cum alterius famæ detrimento, maximè contra Eccleſiaſticas perſonas, ut quandoque etiam in hac Diœceſi, & apud Marſos animi noſtri mærore factum audivimus, niſi pœnitentia ducti ab inchoato opere deſtiterint, antequam literas perficiant, ipſo facto excommunicati exiſtant, ſicuti & quilibet alterius literas malitiosè occupans, aut falſum deponens cum juramento (6) & malitia contra proximum; nec non periurus (7), ſi pœnitentiam agere noluerit.

IV. Quicumque ex Clericis teſtes ſubornaverit, ultrà quàm quod beneficio privari poterit, (8) ſi ſubornatio probabitur, in pœnam ducatorum viginti incidat, locis Piis &c.

V. Au-

(1) *l. unic. Cod. de gladiatoribus*.
(2) *cap. monomachiam 2. quæſt. 5. cap. 1. & 2. de Cleric. pugnant. in duell.* Conc. *Trid. ſeſs.25. de refor. c.19.* (3) *1. Joan. 3. 8.*
(4) *Can.6, cap. ad Falſariorum de Crim. falſ.*
(5) *cap. ad audientiam de crim. falſ.*
(6) *cap.1. de crim. falſ.* (7) *cap. prædicandum 22. qu.1.*
(8) *Ricc. in prax. for. Eccleſ. par.3. reſol.301.*

Digitized by Google

V. Auctores libelli famoſi, excommunicantur (1), & Confeſſarii illos Nobis inconſultis abſolventes, decreto Clementis VIII. in excommunicationem latæ ſententiæ incurrere ſe ſciant, nam tales impii homines, niſi reſtituant æs alienum, & famam, abſolvi nequeunt, ac difficillimè ſalvari poterunt, contrà quos præcipuas Conſtitutiones ediderunt S. Pius V., Gregorius XIII., & alii Summi (2) Pontifices, maximè contrà omnes etiam ſeculares, qui libellum faciunt Regularium ordinibus ex alia Papæ Alexandri IV. Bulla, quique proinde ſceleſti homines excommunicationis fulmine puniuntur. Quam ob rem, ſi de ſimili crimine, vel ſupradicto alio facinore hujus Diœceſis Clerici convicti fuerint, in pœnam quoque arbitrio Noſtro infligendam ſe incidiſſe intelligant, omneſque alii quoque complices ſimul.

T I T. XXVIII.

De Uſuris, Uſurariis, Clericis negotiatoribus, Procuratoribus, & vilia exercitia facientibus, necnon ſimoniacis, & maledicis.

DEteſtabilia fœnora, nefaſta, & improba, quę omnia Jura ſub æternæ mortis diſcrimine (3), aliiſque pœnis prohibuerunt, hac tempeſtate ſub variis fallaciis multi pluſquam licitè exequi haud verentur. Licèt autem è Diaboli manibus, impios homines eripere difficile ſit, adimplendo tamèn omnem muneris noſtri ſollicitudinem, huic peſti per Diœceſim aliquandò graſſanti, hiſce decretis quantùm in Domino poſſumus, occurrere non prætermittimus. (4)

I. Sciant itaque fœneratores omnes, vel uſurarii quicunque ipſos juxtà Canonicas Sanctiones puniendos eſſe. (5)

II. Contra Eccleſiaſticos hac labe infectos graviter procedemus, uſuras itaque omninò fugiant ſub pœnis ad noſtrum arbitrium prout de jure infligendis.

III. Qui-

(1) *cap. qui in alterius & cap. ſi qui inventi 5. queſt. 1.*

(2) *apud Antonell. cit. lib. 6. cap. 14.* (3) *Ex jure naturali Ariſtotel. lib. 1. polit. c. 10. ex nova lege Luc. 6. 35. de jur. Canon. c. quia in omnibus tot. tit. de uſuris.* (4) *Conſt. Pii V. 118.* (5) *Conſt. Sixti V. 45. Bull. tom. 2.*

Digitized by Google

III. Quilibet uſurarius contractus, ſi in judicio contra Clericos deducatur, juxtà Canonum decreta, nullitatibus etiam obnoxius exiſtat, quùm uſuræ ſicuti diximus, omni Divino, & humano jure vetitæ ſint, ac ſemper fuerint.

IV. Denique omnes contractus ejuſmodi, ac alios quoſcumque uſuræ nomine damnatos ſub quovis quæſito colore expletos, interdicimus, & qui eos malitioſe conſcripſerint, cæterique omnes hujus ſceleris ſcienter adminiſtri, in pœnas prout de jure infligendas ſe incurriſſe meminerint.

V. Iiſdem Clericis, qui in ſortem Domini vocati ſunt implicare ſe negotiis ſecularibus prohibetur; idcircò mercaturam non exerceant, & negotiationibus, & mercaturis, non ſe interpretes, ſeu proxenetas interponant, aliiſque lucris turpibus non inhieant, nec pecunias ad uſuram aut aliquo alio contractu illicito dare audeant, ſub pœna amiſſionis pecuniariam, aliiſque de Jure Sancitis.

VI. Inſuper nullo modo pro aliis ſpondeant, & fidejuſſionem præſtent abſque facultate Noſtra, neque in prophanis negotiis officium tabellionatus exerceant, neque aliorum tutelam, & curam ſuſcipiant ſine Epiſcopi licentia, quæ in caſibus neceſſariis gratis concedetur.

VII. Nemo eodem Eccleſiaſtico caractere inſignitus, cujuſcunque ſit gradus, & ordinis examinari poſſit in foro ſeculari ſine ordinarii conſenſu, alias atteſtatio nulla ſit, & in pœnam incurrat ad formam edicti per Nos publicati, inque fine hujuſce Synodi referendi.

VIII. Caveant omnes Eccleſiaſtici, ne fœminas etiam nobiles aſſectentur, aut eis ancillentur; vilia quoque officia, aut opera, quæ Clericali decori haud conveniunt, etiam apud Eccleſiaſticas perſonas minimè faciant; omninò autem animadvertant ne ad opera ſervilia, manualia, & ruſticana in bonis, prædiiſque alienis, mercedis cauſa cum maximo dignitatis dedecore (1) accedant ſub pœna ad Noſtrum arbitrium relaxanda.

IX. Militiæ Clericali adſcripti, facinoroſos homines recipere non audeant, neque ipſorum fautores exiſtant ſub pœna ducatorum viginti Turri Campanariæ hujus Cathedralis, quæ reparatione indiget confeſtim erogandorum.

X. Caveant denique, ne in publicis ſuppliciorum ſpectaculis interſint (2), niſi converſionis, & conſolationis cauſa, & tunc ea tantum,

(1) *cap. Cler. officia, & cap. fin. de vit. & honeſt. Cler. c. 1. diſt. 88. c. fin. diſt. 86. in Clem.* (2) *Navar. in man. c. 27. num. 217. verſ. 13.*

Digitized by Google

tum, quæ ad Converſionem animæ pertinent, hortari ſtudeant.

XI. Simoniæ crimen merè Eccleſiaſticum (1), Simoniacum hæretico (2) comparat tanquam ementem, aut vendentem ſpirituale, vel ſpirituali annexum.

XII. Quoniam verò ab Eccleſiaſticis omnis avaritiæ ſuſpicio abeſſe debet (3), caveant omnes, ne quidquam Noſtris Miniſtris offerant, aut promittant, tam pro Ordinum, quam pro Beneficiorum collatione ſub pœnis in Sacris Canonibus ſancitis, & ſi qui ex illis hac labe infecti, etiam per interpoſitam perſonam à Nobis comperti fuerint, nedùm ordinum, & beneficiorum incapaces declarabuntur, verùm etiam condigna mulcta plexi exiſtent.

XIII. Cupientes igitùr peſtem hanc a Diœceſi penitùs eradicare, noverint omnes cujuſuis gradus, & conditionis ſint, ſimoniacos de jure poſſe deponi (4), vel aliis pœnis arbitrio Noſtro (5) puniri, ac beneficiis privari (6), nec fructus ſuos facere intelligant, eoſque reſtituere teneri (7).

XIV. Item infames dicuntur, & perpetuò inhabiles ad dignitates officia, & beneficia (8), eruntque ipſo jure excommunicati, aliiſque Canonicis pœnis obnoxii, & ſi quis ſimoniacè eſſet ordinatus, ſuſpenſus erit ab exequutione illius ordinis, abve aliis ordinibus licitè receptis (9).

XV. Mediatores etiam ſimoniæ commiſſæ, tam in beneficio, quam in ordine, ſequuta collatione, aut ordinatione (10), eadem excommunicatione ſe ligatos eſſe, meminerint.

XVI. Clericos Maledicos, & obtrectatores graviſſimè puniemus, & illi ut recordentur oportet, non remitti peccata, niſi reſtituantur ablata, proximi præſertim fama, maximè verò ſi adverſus Noſtram Epiſcopalem Dignitatem, & perſonam, labiis impiis verba ut fulgura emitterent, nam utſcribit Pius Pontifex (11) oves Paſtorem ſuum reprehendere non debent, neque vulgus arguere, quoniam non eſt diſcipulus (12) ſuper Magiſtrum, neque ſervus ſuprà Do-

R

(1) *gloſ. fin. in cap. Cum ſit generale de for. Compet.*
(2) *C. quoties de Simon. c. altare 1. qu. 3.*
(3) *Conc. Trid. ſeſſ. 21. de refor. c. 1.*
(4) *C. ex hoc de Simon.* (5) *Nav. in man. c. 23. num.* 111.
(6) *ibidem num.* 104. (7) *S. Thom. 22. qu. 100. art. 6. ad 7. Ricc. in prax. for. Eccleſ. par. 1. reſol. 623.* (8) *S. Pius V. Conſt. Cum primum.*
(9) *S. Pius V. in cit. conſt.* (10) *ibidem.*
(11) *in Can. oves 9. 6. qu. 1.*
(12) *ibid. & ubi Gloſs.*

Dominum. Epiſcopi autem à Deo ſunt judicandi (1), qui eos ſibi oculos elegit, atque (2) Sancta Apoſtolica Sede, & minimè a Subditis, aut pravæ vitæ hominibus lacerandi: nam Beatus Petrus, Dominum ſi tertiò negavit, tertiò confeſſus eſt (3), & quem negavit in nocte (4) confeſsus fuit in die.

TIT. XXIX.

De Foro Eccleſiaſtico.

Epiſcopus, qui dicitur Chriſti legatus, ſpiritualis Pater, Papæ Frater, & Columna Eccleſiæ (5), territorium habet, & merum, mixtumque imperium in ſua Diœceſi (6) ubi etiam Princeps dicitur (7), undè in quibuſdam delictis ad ſuum forum ſpectantibus, poteſt per inquiſitionem procedere (8): quibus ſanè præmiſſis, hæc quoque edicimus.

I. Cauſas ſummarias perſonarum præſertim miſerabilium, Eccleſiarum, & locorum Piorum a Vicario Noſtro Generali ſollicitè terminari jubemus, aliaſque ut fieri poteſt, ubi imminens animarum periculum adſit, celerique proviſione indigentes, etiam feriarum tempore, tamen benè diſcuſſa, tractari permittimus (9).

II. Idem Officialis Noſter Generalis, cætera in ejus titulo ſancita, obſervare ſatagat; quinimmò odia, reique familiaris diſpendia ex litibus oriri ſolita præveniendo, pro ſua doctrina & prudentia, vel charitate componere ſtudeat; & quæ ſanctè in hiſce caſibus per Sacrum Concilium Tridentinum (10) decreta ſunt, omnino adim-

(1) *Dict. Can. oves.*

(2) *Conc. Trid. ſeſſ.* 13. *cap.* 8. *ad formam cap. quia Pontificali de offic. & poteſt. Iud. deleg. in* 6.

(3) *Ioan.* 21. (4) *Can. imitare Petrum* 10. 6. *quaeſt.* 1.

(5) *Clem.* 1. §. *nec ſuper de pœn.*

(6) *DD. apud Conciol. reſ. crim. verb. Epiſcopus reſol.* 1. *num.* 2. *Sperel. deciſ.* 124. *num.* 13. 128. *num.* 53.

(7) *Sperel. dict. deciſ.* 128. *num.* 56. *Conciol. ibid.*

(8) *Farinacc. de Conſuetudine gener. teſtans, de inquiſ. quaeſt.* 1. *num.* 9. 10. *Conciol. verſ. inquiſitio reſol.* 1. *num.* 1.

(9) *c. Conqueſtus de Feriis Conc. Trid. ſeſs.* 25. *de reform. cap.* 10. *in fin.*

(10) *Conc. Trid. d. ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de reform.*

Digitized by Google

dimpleri mandamus, præſertim in cauſis miſerabilium (1) perſonarum.

III. Solitos hujus Cancellariæ proventus ratione laborum vigentes non improbamus, neque ultra illos tamen aliquid exigi poſſe decernimus; itemque omnia ſuperiùs de ſcripturis, ac Proceſſibus in eadem Cancellaria adſervandis ſtabilita, minimè ſub iiſdem mulctis prætermittantur.

IV. Si quis Advocatus, Procurator, Notarius, aliuſque Curiæ Noſtræ Miniſter coram eodem Vicario, vel Cancellaria, vel occaſione litis, verba injurioſa in aliquem protulerit, graviter Juris remediis punietur, & ſi Clericus ſit, in pœnam incidat ducatorum decem piis uſibus erogan.

V. Curſores Noſtri in hac Civitate, vel Oppidis Diœceſis, in Eccleſiaſticis cauſis proprium munus ritè, ac fidelitèr adimplere teneantur ſub pęna in decretis Sacræ Congregationis (2) ſancitis, & in Sacris Canonibus, tam contrà recuſantes, quàm contrà quoslibet alios prohibentes, nam quicunque ſive in citationibus, ſivè mandatis hujus Eccleſiaſticæ Curiæ exequendis dictos Curſores aut miniſtros quoſcunque Noſtros pro alia quavis ejuſdem fori cauſa, directè, vel indirectè impedierit, ſe ipſo facto incidiſſe ſciat in excommunicationem Bullæ Cœnæ latam contrà impedientes ordinariæ Juriſdictionis actuale exercitium (3).

VI. Excommunicationis autem gladium etiam Regibus timendum Eccleſiaſticæ diſciplinæ Robur, & Juriſdictionis nervum ab homine Eccleſia, & Miniſtri ejus non acceperunt, ſed eſt proprius Eccleſiaſticæ poteſtatis actus, ſicut, & uſus cujuſcumque alterius Cenſuræ, immediatè enim a Chriſto Domino eſt acceptus, ut patet *Matth. 16. 19. cap. 18. 17. 18. Joan. 20. 23. & 1. ad Thim. 20.* undè ſicut à nobis ſobriè magnaque circumſpectione eſt exercendus, ita *rationabilem* ejus uſum catholici Principes, & Adminiſtri Nobis minimè repugnabunt, (4)

VII. Quilibet autèm veritatis teſtimonium ferre pro Noſtræ Curiæ informatione recuſans, aut ne aliquis ferat impediens, excommuni--

(1) *Idem Conc. in cap. 4. ſeſs. 7. de reform.*

(2) *S. Congr. Conc. 23. Junii 1648. in una Narnien. Gen. in prax. Cur. Neap. Eccleſ. cap. 57. num. 8,*

(3) *DD. apud Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 43. Gavant. in man. Epiſc. verb. forum Epiſcopi in addit. num. 3.*

(4) *Conc. Trid. ſeſs. 25. de reform.*

municationis fulmine eum compelli poſſe (1) meminerit.

VIII. Nullus Eccleſiaſticus præſumat alium Eccleſiaſticum ad forum laicale trahere ſub pænis in Sacris Canonibus contentis; neque Judices laicales ad ſe directè, vel indirectè perſonas Eccleſiaſticas, eorumque cauſas ſub pęna excommunicationis (2) trahant.

IX. In excommunicationem in Bulla Cęnæ contentam incurrunt iidem Eccleſiaſtici, qui ad Judices ſeculares recurrunt, quandò ex eorum recurſu ſequitur impedimentum Eccleſiaſticæ Juriſdictionis, ut de Regularibus Sacra Congregatio Immunitatis reſpondit (3) & de Clerico ſeculari in una Alatrina (4). Quam ob rem edicimus etiam, quod nullus militiæ Eccleſiaſticæ adſcriptus, abſque Noſtra vel Officialis Generalis licentia (5) in ſcriptis obtinenda, depoſitiones, ac atteſtationes quovis quæſito prætextu, aut in favorem cujuſvis exarare, aut ſubſcribere valeat, ad evitanda ſcandala, odia, & alia mala, ſub pęna ducatorum centum Piis locis &c., ac in ſubſidium excommunicationis; (ſicuti etiam in Synodo Venuſina Epiſcopi Perbenedicti cautum fuit.)

X. In eamdem pœnam incurrant omnes iidem Eccleſiaſtici, qui in foro Seculari ſub quovis caſu (niſi ageretur de damnis datis), alios criminaliter querelare, etiam citra penam ſanguinis, attentaverint (6), neque in eodem foro teſtimonium tunc ferre ſub eadem pæna præſumant ob incurrendæ irregularitatis periculum (7), etiam ſi per illos fieret proteſtatio ad formam C. *Prælatis de homicid. in 6.*, quia hac non obſtante, multis modis irregularitatem eo caſu incurrere poſsent (8), undè Caſum ad Nos deferre debent pro opportunis remediis adhibendis.

XI. Hortamur denique in Domino Laicos Judices, ut requiſiti à No-

(1) *S.Cong.Concilii* 10. *Martii* 1630. *Gav.ibid.in addit.n.2.Genuenſ. in Prax.* Cur.*Neap.Eccleſ.c.*10.

2) *c.nullus Iudicum de For.*Compet:*Bonifac.IX. Martin.V.& alii apud Monacell.tom.3. par.3. tit.*1.*form.*8. *num.*9.

(3) *In una Ulyſſiponen.* 6.*Nov.* 1688. *decr. Martell.p.*373.

(4) 29. *April.* 1704. *lib.*3. *decr. Valleman. pag.*576.

(5) *Archidiac. in cap. quanquam* 14. *quæſt.*2. *Genuenſ. in Prax.*Cur. *Archiep. Neap. cap.* 42. *num.* 4.

(6) *Arg. text. in c.Si quis viduam diſt.*50. *c.Sententiam, ne quis* Cler. *vel Monach. Synodus Venuſin.Epiſc. Perbenedicti c.*13.*pag.* 514.

(7) *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 6. *cap.*9. *num.*2.

(8) *Franch. & Ioann. Andr. in c.Prælatis de homicid.in* 6. *Monacell. in form. Eccleſ. tom.* 3.*par.*3. *tit.*3. *de irregul. num.*3.

à Nobis, vel à Noſtris Delegatis, eorum brachium dare non recuſent. (1)

XII. Si quis Sacerdos, aut Clericus fuerit injurioſæ percuſſus à quavis perſona, ſtatim id teneatur denunciare Nobis, aut Officiali Noſtro Generali (2), alias ipſemet percuſſus arbitrio Noſtro puniețur, & percuſſor in excommunicationem latæ ſententiæ (3) incidiſſe ſciat: ut Innocentius Papa II. in Concilio Lateranenſi decidit: Si quis ſuadente diabolo hujus Sacrilegii reatum incurrerit, quod in Clericum, vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo ſubjaceat, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſolvere, niſi mortis urgente periculo; donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & ejus mandatum ſuſcipiat.

T I T. XXX.

De Conſtitutionibus Synodalibus, eàrumque duratione, & de fructibus Sede Epiſcopali vacante, aliiſque ſuppellectilibus tunc repertis, & de Bibliotheca Venuſini Epiſcopii.

SAlutem Ovium, Nobis meritis licèt imparibus commiſſarum, in legis cuſtodia (4) poſitam eſſe, nemo ignorat, & Epiſcopus Synodum congregare debere ſub graviſsimis pęnis etiam ſuſpenſionis ab Officio, non hæſitatur, (5) *συνόδος* enim græcum nomen eſt, quod a *σύν*, ideſt ſimul, & *ὁδὸς*, ideſt via dicitur hoc igitur ethimon illud nobis præſentat quod., Synodum celebrare nihil aliud ſit, quam Eccleſiæ Patres, ac Principes in unam, eamdemque ſalutis viam per ſalutaria dogmata, ac conſtitutiones convenire, & concurrere ad dirigendos cæterorum fidelium pedes in viam pacis. (6)

I. Re-

(1) *cap.1. de offic.ordinar.Genuenſ. in prax.Cur. Arch. Neap. cap.41. ſub n.10. & cap.43.* (2) *Synod.Venuſ.cit.loo.ſub ann.1615.*

(3) Can.*ſi quis 17. qu.4.& habetur in cap.cum illorum c.de Monialibus, & cap.veniens de ſent.excomm.Sacr.Theſ.*Caſ.Conſc*.lib.3.c.26.per tot.* (4) *Prov.19. v.19.* (5) *c.ſicut in fin. de accuſat. S.* Congr.Conc. *27.Martii 1590.Maſsobr.de Synod.c.2.dub.3.art.3. Squill. de oblig.Epiſcop.par.1.c.1. num.2. cap.1. §. Synod.diſt.15.*

(6) *leg.23.*Cod.*de Epiſcop.& Cler.*

Digitized by Google

I. Repertis itaque per Nos in proxima Viſitatione abuſibus, ut opportunis occurramus remediis ad ſcandala removenda, moreſque reformandos, & ad Divini cultùs augmentum (1), publicatas Conſtitutiones debitæ exequutioni demandari ſancimus, illaſque è ſugeſto Noſtræ hujus Cathedralis legi, & publicari jubemus; quæ quidem intrà duos menſes ab earumdem publicatione vim legis obtineant, ac ſi unicuique cujuſcumque gradus, conditionis, & dignitatis extiterit, perſonaliter intimatæ fuiſſent.

II. Ne autèm eædem Conſtitutiones temporis decurſu, hominumque malitia, aut negligentia deperdantur, poſtquam promulgatæ, & impreſſæ fuerint, omnes Eccleſiaſtici illas apud ſe habere teneantur ſub pœnis ad arbitrium, & locis Piis &c.

III. Quæ autem per Nos decreta, & Sancita ſunt in illis, Sanctæ Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, quæ omnium Eccleſiarum eſt Caput, & Magiſtra (2), ac Chriſti in Terris Vicarii SS. Domini Noſtri BENEDICTI XIII. feliciter regnantis ſaniori judicio, emendanda ſubjicimus.

IV. Sed quoniam hiſce Conſtitutionibus, ea omnia, quæ ſalubribus Sacrorum Canonum Sanctionibus ſunt ſtabilita, èxprimenda eſse non duximus, cunctos etiam Caſus, qui in diem emergere, & legum correctione indigere poſſunt compræhendi non intelleximus; idcircò SS. Patrum ſententias, Conciliorum decreta, Pontificias Bullas, aliaſve leges firmiter, & inconcuſsè in ſuo ſemper vivo robore ipſo jure remanere, denunciamus.

V. Neque etiam auctoritatis Noſtræ fines, & cancellos ità circumſcripſimus, quin eaſdem præſentis Synodi Conſtitutiones, quatenùs opus ſit mutare, interpretari, immò ubi neceſſitas poſtulaverit cum Subditis Noſtris diſpenſare, atque demùm eis addere, quæ in Domino adjungenda videbuntur pro Noſtro arbitrio, æquitatis dictamine, & caſuum exigentia, jure Noſtro valeamus, reſervata à Nobis ſuper his neceſſaria facultate, Vicario Noſtro Generali, prout expedire judicabimus, communicanda.

VI. Similiter, ut bonis ſobriè, juxtè ac piè viventibus (3) læta tranquillitas per legum præſidia comparetur: mali verò per pœnas, ad bonam frugem revertantur, & publicam quietem perturbare non audeant, ſciat unuſquiſque præſentes Conſtitutiones, ac leges in Diœceſana Synodo emanatas, firmas de Jure, ac perpetuas eſſe,

neque

(1) *cap. ut animarum de Conſt. in 6. Azzor. par.2. lib.3. c.47.*
(2) *Conc. Trid. ſeſs.7. c.3. de baptiſm.*
(3) *Ad Tit.2. v. 12.*

neque Auctoris obitu expirare (1): hinc etiam excommunicationem, ſeu aliam Cenſuram per dictas Conſtitutiones latam, aut Synodalia ſtatuta ſemper durare (2) agnoſcant, niſi novi Epiſcopi alia Synodus publicetur, ad differentiam tamèn aliarum ordinationum, vel edictorum extra hanc Synodum forſaſsè evulgandorum, quæ poſt conditoris mortem expirant.

VII. Quibus ſane delibatis, & ad ſingulorum notitiam deductis, noverint omnes, præſertim Cathedralis Noſtræ Capitulares, Sede Epiſcopali vacante, Bullam Innocentii XII. ſuper fructibus emanatam inconſumptis, & incommixtis, aliiſque ad Epiſcopum ſpectantibus, in beneficium Cathedralis erogandis (3), necnon alias Sanctiſſimas Pontificum Conſtitutiones ad unguem obſervare.

VIII. Attamèn Epiſcopum in uſu, ac poſſeſſione omnium, quæ poſſidet, ante obitum nemo ſub quovis ſequeſtrationis, aſſecurationis, vel alio prætextu eumdem privare, neque etiam inſervientes quomodolibet perturbare, ſeù moleſtare (4) præſumat.

IX. Viam verò univerſæ carnis Epiſcopo ingreſſo, Capitulum, & illius Vicarius Capitularis reſpectivè præmiſſorum Inventarium, ritè, & fidelitèr (5) faciant.

X. Quùm autem (6) in dicta Bulla præcipiatur, ut poſt hæc, & authenticè deſcripta bona, Prælatorum ſucceſſorum (7) arbitrio cum Capituli ſcientia, & Concilio ad formam dictæ Conſtitutionis eadem bona converti, ac erogari debeant; proptereaque ut eadem Conſtitutio abſque ulla fraude ſuum undequaque ſortiatur effectum, præſenti Synodali etiam decreto Sancimus, quod eodem caſu poſt inventarium expletum, Sede Epiſcopali vacante, bona illa, præſertim nempè menſæ, trapezophora, delphicæ, ſuppellectilia ſubſellia, ſcamna, lecti, culcitræ, toralia, mappæ villoſæ, vaſa aquaria, pelves, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullæ, vaſa etiam ad Coquinam pertinentia, Capſæ, armaria, vitrea, eſcaria, pòtoria, & quæcunque cætera ſimilia, ab Epiſcopali hoc Palatio nullo quovis colore, ac prætextu amoveri poſſint, ſed ſi opus fuerit per fidelem miniſtrum, diu, noctuque cuſtodiantur, exceptis veſtibus Sacris magni valoris, quæ per Capitulum tunc ſervari ſolent,

(1) *DD. in cap. fin. de offic. legat. Sylv. in verbo ſtatutum nu.9. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par.3. alleg.93. num. 24. & in d. c. fin. nu.3. Antonell. de regim. Eccleſ. lib.1. c.1. nu.70.* (2) *ibid. Antonell. n.75.*

(3) *Bulla Inn. XII. Inſcrutabili, Romæ edita anno 1694.*

(4) *d. Bulla §. ad hac.* (5) *ibidem §. cit.* (6) *ibidem.*

(7) *in d. Bull. §. quod ſi, & cit. §. ad hac.*

Digitized by Google

lent, necnon argenteis, aliiſque vaſis magnificis pretioſè cœlatis à clar. mem. Cardinali de Luca Epiſcoporum hujus Sedis pro tempore exiſtentium commoditati relictis, quæ mobilia pretio digna, & hic rara, apud Abbatiſſam tunc exiſtentem unius cujuſvis hujus Civitatis Monaſterii pro tutiori cuſtodia ex more reportata, factâque in ſcriptis cauthela in depoſitum ac cuſtodiam tradâtur & deindè novo, Epiſcopo cum Capituli ſcientia reconſignari. Hac ſanè utili lege Antiſtes in ejus acceſſu, domum minimè expoliatam reperiet, ſuaque pecunia juxta Bullam eroganda, ſupellectilem in inventario deſcriptam, ſi illi videbitur, redimere poterit, vel novam ſibi comparare. Ab his tamen omnibus illa mobilia, aliaque excipimus, quæ ſervando ſervari non poſſunt. Contrarium denique hujus Sanctionis facientes, in excommunicationem latæ ſententiæ ſi Clerici ſint, & in ſuſpenſionem à Divinis, ſi conſtituti in Sacris exiſtunt, ipſo facto incurrant.

XI. Quò verò ad Bibliothecam in hoc Epiſcopio adſervatam, ſicut in libris Sacris, voluminibuſque Patrum, & aliis Eccleſiaſticis copioſè jam comparatis, diligens, accurataque fuit majorum, ac prædeceſſorum induſtria: ità in iis ipſis conſervandis, illorum, qui ſucceſſerunt non negligens ſtudium, aut cura minor eſſe debet.

XII. Hanc Bibliothecam certo in loco apud Epiſcopale Palalium, ſuiſque pictis in armariis aptè conſtitutam, & non acervatim, ſed ordine diſpoſitam ab eodem ſitu, minimè amovendam eſſe decernimus.

XIII. Volumina verò, quæ in ipſa continentur, ne vetuſtate obſordeſcant, librario opere poliantur: diſſoluta quædam, & male compacta conglutinentur, ab operculo nuda, aſſeribus, coriove tegantur, necnon alio modo conſumpta, reconcinnentur; & ad perpetuitatem opere recenti, noviſque librariis integumentis inſtaurentur.

XIV. Nonnulla vero volumina manu doctiſſimorum Prædeceſſorum exarata & manuſcripta Noſtra, quæ aliquandò uſui, ac hujus Eccleſiæ utilitati apta eſſe poterunt, ſeparatim, diligentèrque ordine per Nos itidem diſpoſito, eodemque in ſitu, in quo Noſtris manibus illa collocavimus, niſi alitèr faciendum futura neceſſitas urgat, cuſtodiantur.

XV. Interea de Conſilio Capituli, Canonicum aliquem uſuperitum, literarum ſtudioſum ad monitum Divi Caroli Borromæi (1) eligere

(1) *In Actis Eccleſ. Mediolan. par.* 1. *Conc. Prov.* 4. *par.* 1. *pag. m.* 104.

ligere cogitabimus, qui illius curæ diligenter præſit.

XVI. Noſtræ denique ſollicitudini eſse debet ſæpè Bibliothecam hanc inviſere, ut eidem in reliquis conſultum omninò ſit.

XVII. Quapropter in eamdem excommunicationem latæ ſententiæ, ac ſuſpenſionem reſpectivè ut ſuprà, incurrant, dictæ Bibliothecæ libros abſque Noſtra ſcientia retinentes, vel in poſterum vendentes, alienantes, occupantes, & ad proprias ædes libros illius fraudolentèr deferentes, ſive dictam Bibliothecam, vel aliquos ejuſdem libros quovis modo occupantes, vel à Bibliotheca malitioſè extrahentes, aut quacunque cauſa abſque Noſtra, vel Superiorum expreſsa licentia alienantes, ac etiam commutantes. Prò nunc autèm ſequentem nominamus.

XVIII. Abbatem Joannem Felicem Corſignani Clericum Philoſophiæ ſtudentem, Noſtrum ſecundum carnem germanum, hic commorantem, Bibliothecæ Venuſini Epiſcopii Cuſtodem, ac Bibliothecarium.

T I T. XXXI.

De Officialibus bujus Synodi, atque Examinatoribus Synodalibus.

SAcro Tridentino Concilio, ut par eſt obſequentes (1), in hac prima Diœceſana Synodo, Dei auxilio abſoluta, animique Noſtri lætitia, ad Majorem ejuſdem Omnipotentis Dei, Beatæ Mariæ ſemper Virginis, ac Sancti Andreæ Apoſtoli Venuſinæ Eccleſiæ, ac Civitatis Patroni, aliorumque SS. honorem, & gloriam legitimè congregata, ſubſequentes præſertim Examinatores (2) pro bono illius regimine eligimus duraturos, qui eorum munus gerant, donec altera Synodus habeatur.

I. Caveant tamen illi, ne felici hoc tempore pacis, qua mox cum Noſtro florido, illuſtrique Capitulo, ejuſdemque Dignitatibus, populo, univerſoque Diœceſis Clero, Domino adjuvante ubertim fruemur, arma ut dici ſolet in futurum deſumentes, contra Nos deinceps erga illos benevolus, Noſtramque Epiſcopalem auctoritatem pugnas ullo modo committant, ſed quidem pro illa grato animo potiùs aſsurgant. S II. Ha-

(1) *Seſs.7. de reform. c.1. ſeſs.23. de refor. c.3. ſeſs.24. c.*18.
(2) *Ut cavetur in d. Conc.Trid. ſeſs.24. c.*18.

II. Hactenùs, quod Nos ſciamus, ſubpoſitos viros, aliquibus honoribus in Synodo decoratos,probatos undequaque habimus;quod ſi quiſpiam eorum alicui crimini, inobedientiæ, cæteriſque ſimilibus, quæ Deus avertat, obnoxius extiterit, ut minimè electus omninò cenſeatur, & in poſterum hujuſmodi prærogativis, ſeù requiſitis abutens, coram Nobis, Supremiſque Almæ Urbis Judicibus pro non inſerto prorsùs habeatur.

III. Meminerint interea iidem Examinatores, quanti momenti ſint animarum curam habentium, aliorumque ad Sacros Ordines promovendorum electiones, Reducantque ſæpè in eorum memoriam quicquid eos Tridentinum doceat Concilium, ut nempè longè ab omni Sanguinis, patriæ, ac amicitiæ nexu, omnique humana affectione exiſtentes, officium à ſe ſuſceptum rectè, graviter, ac maturè expleant. Nihil etiam minimum occaſione examinis, neque exculenta, aut poculenta (1) antè, vel poſt eos accipere poſse noverint, & cætera ſui muneris ſanctè in univerſum adimpleant. Sequentes ideò mox pronunciantur.

(1) *Conc.Trid.d.ſeſs.24.c.18.de ref.*

OFFICIALES SYNODI.

Rev. Nicolaus Veltri Vicarius Foraneus Terræ Forentiæ Promotor Oppidanus.

Rev. Joſeph Zarilli Primicerius Eccleſiæ Divi Petri Terræ Spinacciolæ Vicarius Foraneus Promotor Oppidanus.

Rev. Nicolaus Manes Vicarius Foraneus Terræ Maſcheti Promotor Oppidanus.

Ill., & Adm. Rev. Franciſcus Leopardi U. J. D. Canonicus Theologus Venuſinus Prothonot. Apoſtol. Synodi Secretarius, cujus hi ſunt Coadjutores.

Subdiaconus Conſtantius Thomaſetti de Celano Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Antiſtitis à ſecretis, & intimus Cubicularius.

Acolytus Michael Angelus Caranſa Venuſinus ejuſdem Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Epiſcopi Familiaris.

Examinatores Synodales.

Per Ill., & Adm. Rev. J.C. Januarius Pironti Archidiaconus Cathedralis, olim Vicarius Generalis Abbatiæ Sancti Marci in Lamis ſub Cardinali Antonio Pignatello, & Innocent. XII., poſteà Vicarius Gen. Lavellen., & Venuſinæ Eccleſiæ, ibidemque demùm Vicarius Capitularis.

Per Ill., & Adm. Rev. J.U.D. Nicolaus Ranerius Prothonot. Apoſtol., dictæ Venuſinæ Eccleſiæ Dignitas Archipresbyter, & Pœnitentiarius, in his

partibus Vicarius Lateranen. Conſervator Privilegiorum Sacræ Religionis Melevitanæ in hac Urbe, Theologus olim Epiſcopi Potentini, electus Vicarius Generalis Marſicen, Aſſeſſor Eccleſiæ Lavellen. Synodi Promotor.

Per Ill., & Adm. Rev. Franciſcus Coſtanzo Cantor dictæ Eccleſiæ Dignitas.

Per Ill., & Reverēdiſ. U. J. D. Franciſcus Sprioli olim Prædeceſſoris Noſtri Officialis Generalis, deindè Vicarius Capitularis, & ad præſens Noſter in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, ejuſdem Eccleſiæ Dignitas Primicerius, & quicunque alius pro tempore Officialis Noſter Gen. extiterit.

Ill., & Adm. Rev. Hyacintus Vitamore Canonicus Cathedralis Eccleſiæ, & V. Parochus S. Blaſii.

Ill., & Adm. Rev. J. U. D. ſupradictus Franciſcus Leopardi Synodi Secretarius.

Ill., & Adm. Rev. J. U. D. Joſeph Altruda dictæ Cathedralis Eccleſiæ Canonicus V. Parochus Sancti Martini, olim bujus Civitatis P. Vicarius Generalis, nunc ejuſdem Capituli Advocatus, Prothon. Apoſt., ad clar. me. Em. Card. de Luca ex attinentibus.

Per Ill., & Reverendiſſ. J. U. D. Lucas Antonius Corſignani Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ Cliterninæ jam nullius Diœceſis Canonicus Decanus, & Prothonot. Apoſtol. trium Sacrorum Antiſtitum apud Marſos ibidem Vicarius Foraneus, deinde elapſo anno Menſe Decembri electus Vicarius Gene-

ra-

ralis Cariaten., & Geruntinen., poſtea Vicarius Generalis Lavellen. in finibus Venuſinæ Diœceſis, & hic Pro Vicarius Generalis, Aſſeſſor, & Advocatus Fiſcalis.

Ill., & Adm. Rev. J.U.D. Carolus Caputi Confeſſarius Monialium Sanctæ Mariæ Scalenſis V. Parochus Sancti Petri.

Ill., & Adm. Rev. U. J. D. Joannes Baptiſta Giura Archipresbyter Terræ Maſcheti, olim Vicarius Generalis Mineruinen.

Ill., & Adm. Rev. Donatus Antonius Raneriùs Parochus Sancti Marci.

Ex Regularibus additi, quandòque, vel ſæpè abſentes.

Rev. Fr. Alexander ab Alexandro de Griptolis Ordinis Prædicatorum, Confeſſor Monialium Sancti Benedicti, & alii Priores pro tempore exiſtentes.

Rev. Fr. Petrus Martyr Sozzi Venuſinus lector ejuſdem Ordinis.

Omneſque alii Superiores pro tempore omnium Conventuum hujus Civitatis.

Rev. Fr. Joannes à Rubis Min. Obſ. Prædic. Lect. Theol. hujus Conv. Guardian.

Rev. Fr. Carolus à Laculibero Ordinis Minorum Obſervantiæ Sancti Franciſci, Sacr. Theol. Lector, & Concionator.

Adm. Rev. Pater Fr. Marcellus ab Athino Ordinis Reformatorum Min. Ob. Sancti Franciſci,

Pro-

Provincialis in Aprutio, & in Conventu Sanctæ Mariæ Vallis Viridis de Celano degens.

Adm.Rev.Pater Nicolaus Buico de Spinacciola Regens Ord. Min. Con., & adpræſens lector Sacr. Theologiæ in Patavino Archigymnaſio.

Adm. Rev. P. *Baccalaur. Ioannes Dominicus Riccius ejuſdem Terræ, ac Ordinis.*

Adm. Rev. Pater Benedictus Traſenti à Tulbio ejuſdem Ordinis Regens.

Adm. Rev. Pater Fr. Philippus Popolizio ab Altamura Ordinis Divi *Auguſtini Baccalaureus, Conventus* V*enuſini filius, & Lector, Illuſtriſſ., & Reveren. Antiſtitis Theologus, ac Sanctimonialium bujus Urbis Confeſſarius extraordinarius.*

Judices Querelarum, & Excuſationum.

Per Ill., & Adm. Rev. Archidiaconus Pironti ſupradictus.

Per Ill., & Adm. Rev. Nicolaus Ranerius Archipresb. ſuprad.

Per Ill., & Adm. Rev. Franciſcus Sprioli Vic. Gen. Primicerius prædictus.

Per ill., & Rev. Lucas Antonius Corſignani ſupradictus Pro Vicarius.

Per ill., & Adm. Rev. Joſeph Altruda ſupradictus.

Per ill., & Adm. Rev. Franciſcus Leopardus ſupradictus.

TI-

TIT. XXXII.

De Judicibus Synodalibus, Teſtibus, ac Notariis.

JUxtà Canonicas Sanctiones, præſertim Bonifacii VIII. Conſtitutionem, & Tridentivum decretum (1) probati, inque Dignitate ſubſequentes conſtituti viri, aliiſque infraſcripti enunciantur.

Iudices Synodales.

Per ill., & Adm. Rev. ſupradictus Archidiaconus Pironti.

Per ill., & Adm. Rev. ſupradictus Archipresbyter Ranerius.

Per ill., & Adm. Rev. ſupradictus Cantor Coſtanza.

Per ill., & Adm. Rev. ſupradictus Primicerius Sprioli.

Per ill., & Adm. Rev. ſupradictus Canonicus Altruda.

Per ill., & Reverendiſs. ſupradictus Lucas Antonius Canonicus Decanus Corſignani P. Vicarius Generalis.

Per ill., & Adm. Rev. Franciſcus Bionica Prothonot. Apoſtol. Canonicus dictę Cathedralis, Illuſt., ac Reverendiſſ. Epiſcopi Æconomus,

(1) *c. ſtatutum de reſcript. in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de ref. c. 10.*

Digitized by Google

mus, necnon primus ex Magiſtris Cæremoniarum.

Adm. Rev. Mattheus de Marinis de Spinacciola Archipresbyter Matricis Eccleſiæ Sancti Petri.

Adm. Rev. Horontius Giugno de Forentia Cantor Matricis Eccleſiæ Sancti Nicolai.

Teſtes Synodales.

Ill., & Adm. Rev. Joſeph Angelus Antonius Spada Cathedralis Eccleſię Venuſinę Canonicus.

Ill., & Adm. Rev. Joſeph Sozzi dictæ Eccleſiæ Canonicus.

Ill., & Adm. Rev. Carolus Coſtanzo dictæ Eccleſiæ Canonicus.

Ill., & Adm. Rev. Dominicus Vitamore dictæ Eccleſiæ Canonicus.

Ill., & Adm. Rev. Michael Angelus Pironti dictæ Eccleſiæ Canonicus.

Notarij Synodales.

Per ill., & Adm. Joſeph li Santi dictæ Cathedralis Eccleſię Canonicus, Cancellarius, & Prothonot. Apoſtol. V. Parochus S. Nicolai de Capuana nuncupati.

Per Ill., & Adm. Rev. Joannes Giuſia dictæ Eccleſię Canonicus.

Placet ne Vobis?
Omnes reſponderunt placet.

PARS

Digitized by Google

PARS TERTIA,
SEU
APPENDIX
AD
SYNODUM DIOECESANAM
Ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino
D. PETRO-ANTONIO
CORSIGNANI
Patritio Marſicano, Nobili Cive Romano, ac Venuſino Antiſtite Celebratam.

Anno Dominicæ Incarnationis, & Virginei Partus
M. D. CC. XXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

LETTERA PASTORALE

Di Monſignor Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo

PIETRO ANTONIO CORSIGNANI

VESCOVO DI VENOSA

Al ſuo Clero, per eccitarlo alla divozione della Madonna Santiſſima, detta di Corſignano.

Molti Ill., e molto Rev. Signori, come Fratelli.

L'Indicibil pietà, e lo zelo di Monſignor Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Fr. Giacinto Chyurlia Patrizio Bitontino dell'Inſigne Ordine de' Predicatori, e degniſſimo Veſcovo di Giovenazzo, avendoci fatto il divizioſo dono di un eſemplare della miracoloſa effigie della Beatiſſima Vergine, appellata di Corſignano, eſiſtente nella Cattedrale della detta Città, la fè giugnere in noſtre mani per eſpreſſo a' 22. Agoſto cadente con ottimo intaglio, e dorato ornamento, inſieme colla relazione M.SS. della ſua origine; sì per eccitar in Noi la divozione ad un tanto glorioſo teſoro per contenere il titolo dello ſteſſo noſtro Cognome; come pure acciò ſi propagaſſe nella noſtra Dioceſi, Patria, e Provincia il di lei culto, e la venerazione, dove a ſuo tempo mandaremo anche ſomiglianti Eſemplari. Per tal' effetto adunque ſaper fà d' uopo alla voſtra Carità ſecondo ſi legge nella detta relazione, (di cui rapportiam ſolamente il ſuccinto) che tal Sacra Immagine fù dipinta da San Luca, e poi collocata nella Città di Edeſſa in Siria dentro una Chieſa de' Baſiliani ne' vetuſti primi ſecoli; da dove per le perſecuzioni de' Barbari fù tolta, e indi ſeco portata da un pio Duce per nome Geroteo Alesboinè nato nella Città di Lione in Francia. Ed avendo l'Altiſſimo per ſuoi iſcrutabili giudizj permeſſo, che egli approdaſſe alla ſpiaggia di Brindeſi, capitò in fine in una Villa Vicino a Giovenazzo famoſa Città della Puglia, la qual Villa dal ſuo Fondatore di no-

me, e cognome, o da altri, Corſignano appellavaſi, che fra poco paſsò al dominio de' Signori Papài Nobili della detta Città, e dopo alla ſua Menza Veſcovile, come rapporta l'Ughelli nell'Italia Sacra ove parla di Giovenazzo colla menzione della detta Villa di Corſignano poi diroccata. E perche la Sacra Immagine fù riposta nel detto luogo la prima volta, perciò rattenne, e rattiene di Corſignano il titolo di ſopra eſpreſſo. Da quì finalmente per i continui prodigj da lei operati, fù ella traſportata alla menzionata Cattedrale, ove rattrovaſi con diſtinti ornamenti, continui miracoli, e concorſo de' Popoli ancor confinanti. Si celebra con pompa umile la Feſta della ſua traslazione nella detta Città ogn' anno nell'ottava dell'Aſſunzione di N. D. al meſe di Agoſto, quando a Noi giunſe la Sacra Effigie con giubilo dell'animo Noſtro, e con gentiliſſima lettera del lodato Veſcovo preſſo di Noi eſiſtente. Per tanto, oltre la divozione che Noi indegnamente prendemmo di sì miracoloſa Effigie, e che opraremo colle noſtre deboli forze che ſià pure intrapreſa nella Noſtra Patria, e Provincia in avvenire, eſortiamo di preſente la Carità Voſtra a venerare con particolar divozione la detta Sacra Immagine, e prenderla per loro Protettrice, e fare per quanto ſi può, che tutti gl'altri alla Voſtra Cura commeſſi operino con fervore a tal divozione, maſſime nell'accennato giorno della ſua Feſta: ſicuri di ricever quelle grazie ben ſegnalate che alla giornata i ſuoi Divoti ottengono nella detta Città; Laonde tutti quei de' Fedeli, che viſitaranno qualche Chieſa di N. D. in queſta Dioceſi nel giorno della rapportata ottava dell' Aſſunzione, confeſsati, e communicati, recitando una Salve per la ſalute del Regnante Sommo Pontefice Noſtro Inſigne Benefattore, e ſecondo la Noſtra intenzione, e le RR. Monache della Città di Venoſa, facendo lo ſteſſo nelle loro Chieſe entro del Coro, vogliamo che acquiſtino quaranta giorni di vera Indulgenza, che da Noi colla preſente loro concedeſi nella forma di Santa Chieſa conſueta, nel mentre gli auguriamo dal Cielo tutte le deſiate proſperità. In Forenza a' 28. Agoſto 1728.

Delle SS. VV.

Affezzionatiſſimo per ſervirle ſempre
Pietro Antonio Veſcovo di Venoſa.

Noti-

Notizia, e ſaggio di alcune Sacre Coſe, e degli Divini Officj, e de' Venerabili Templi.

I. LA Chieſa altra è la Trionfante, ed altra la Militante, e queſta, altra è corporale cioè il Tempio in cui ſi celebrano i Divini Officj, altra è Spirituale, cioè a dire la radunanza de' Fedeli ad orare (1). La Chieſa poi, che ſi dice Cattolica, è l' Univerſale, diffuſa per tutto il Mondo, Capo di cui è l' Apoſtolica Romana. La Chieſa è Caſa di Dio, e ſua Reggia. Si appella Tempio, cioè un' amplo tetto, dove al Rè del Cielo ſi offeriſcono Sacrifizj (2), nominandoſi ancor Tabernacolo dell'Altiſſimo (3), e Spoſa di Gesù Criſto, il quale con eſſa ſi unì nella Fede (4). Si dice anche Madre, perche bene ſpeſſo nel Sacro Batteſimo partoriſce figliuoli a Dio (5): e qualche volta è menzionata figlia ſecondo il Salmiſta (6): *omnis decor ejus filiæ regis ab intus*, ed anche Città per la communione de' ſuoi Santi Cittadini, con altri Sacri Nomi.

II. Nelle principali pietre de' fondamenti delle Chieſe vi s'imprime la Santiſſima Croce (7) per dinotare, che la Chieſa, che milita in terra appellata perciò militante come ſopra, ſi dee accomodare alle proſperità, ed alle perſecuzioni, ed anche perche è maggion del Signore da lui fermamente edificata, il fondamento di cui è la pietra angolare l' iſteſſo Gesù Criſto Signor Noſtro Crocifiſſo.

III. Le pietre più ornate, e meno ornate de' Sacri Tempj, ci additano i Fedeli più o meno perfetti nella via dello ſpirito (7), e l'unione de Cementi, ſignifica dover noi ſtar ſempre attaccati alla Noſtra Madre Santa Chieſa, ed all' ubbidienza de' ſuoi precetti.

IV. Le antiche Chieſe erano per lo più edificate in forma di Croce, per darci ad intendere, che noi dobbiamo crocifigerci al Mondo, e ſeguitare il Crocefiſſo. Altre ſono in forma rotonda come ſogliono eſser edificati i Cori, dove ſi recitano le Divine laudi, per ſpiegarci, che la parola di Dio ſi dilatò per tutto il giro del Mondo (9).

V. Gl' atrii, e le porte del Tempio ſignificano il Redentore (10), che ci aprì le porte della Beata Geruſalemme colla ſua paſſione.

VI. Le

(1) *Durand. Rat. div. offic. c.* 1. *lib.* 1. (2) *Can. ſed illud* 26. *qu.* 9.
(3) *Can. nec quemquam diſt.* 4. (4) 2. *Cor.* 10. *Oſe.* 2. *Ioan.* 2.
(5) *Can. qui abſtulerit* 12. *quæſt.* 2. (6) *Pſalm.* 44. *Hier.* 3.
(7) *C. nemo de Conſecr. diſt.* 1. (8) *Dur. ibidem, ſub num.* 9.
(9) *Pſalm.* 18. (10) *Luc.* 10. *Ioan.* 10.

Digitized by Google

VI. Le Torri delle Chieſe ſignificano i Prelati delle medeſime, e i Sacri Oratori, i quali ſono i defenſori (1) di eſse.

VII. Le Colonne ci additano pure i Veſcovi, e Dottori, i quali colla bontà, e colla dottrina difender la debbono, ed illuſtrare; onde ſi legge (2) *Sapientia edificavit ſibi domum: & excidit columnas ſeptem.*

VIII. Il pavimento del Tempio Corporale è il fondamento della Noſtra Santa Fede, e dello Spirituale, ſono i poveri di Gesù Criſto (3), e il tetto ſuperiore dorato, ci addita la gloria del Cielo.

IX. Ne Templi per lo più ſi conſerva il Venerabile Sacramento dell'Eucariſtia, cui aſſiſtono gl'Angioli, e però diconſi quelli Reggia del Supremo Rè della gloria, Beata Sionne, e Geruſalemme Santa; onde infinita riverenza, umil'oſsequio, divozione, modeſtia, purità, ed altre ſomiglianti coſe da Noi richiede.

Degl' Altari, delle Dipinture, e de' Sacri Codici.

I. NOè fu il primo che edificò gl'Altari (4) di pietra, poi Iſac, ed Abramo, ſopra de quali offerirono i Sacrificj; Mosè li ereſse di legno dorato (5), e Salamone fece lo ſteſso. Significa l'Altare l'Arca del vecchio Teſtamento una coſa eminente, un'ara piana de' noſtri vetuſti Padri, dove ardevano le oblazioni fatte a Dio, il quale più volte ordinò nel vecchio Teſtamento, che gl'Altari a lui ſolo conſecrati foſsero (6).

II. L'Altare ci ſpiega pure la Chieſa Spirituale, e le di lui quattro parti, dinotano le quattro parti del Mondo, nelle quali (7) è dilatata la Chieſa medeſima.

III. In oltre ci addita Gesù Criſto, ſenza il quale niun'offerta è accettabile al Padre Eterno, e ſignifica anche il di lui Corpo, e la ſua Cena, dove co' Diſcepoli fè il convito di noſtra ſalute.

IV. L'Altare, e la Menſa ſono anche il noſtro Cuore, in cui dobbiamo all'Altiſſimo l'odore delle noſtre buone opere contro le tentazioni offerire, onde diſse Davidde (8): *paraſti in conſpectu tuo menſam adverſus eos, qui tribulant me.* E nel Levitico ſi dice così (9): *Ignis in altari meo ſemper ardebit*, cioè la carità della noſt.' Anima.

V. I Sa-

(1) *Dur. ibid. num.20. lib.1.* (1) *Prov.9.* (3) *Dur. ibid. nu.28.*
(4) *Gen.8. ibid.12. ibid.13.* (5) *Exod.25. 27. 29. & 3. Reg.7.*
(6) *Exod.20. pſal. 117. 3. Reg.8., & alibi.* (7) *Dur. ibid. c.2.*
(8) *Pſalm. 22.* (9) *Lev.6.*

V. I Sacri lini degl'Altari ſignificano la candidezza de'noſtri coſtumi, e ſecondo altri la Santiſſima Umanità di Gesù Criſto (1) il quale è l' Oſtia immaculata, che ſi offre al Divin Padre, ed il vivo Pane degl' Angioli, iſtituito per gl'uomini: *Panem Angelorum manducavit homo*.

VI. Le dipinture de' Templi, Sacre eſſer debbono, onde ſecondo ſcriſſe il Pontefice Gregorio (2) a Severo Veſcovo di Marſeglia, altro è adorar la dipintura, ed altro dall'effiggie di queſta apprender la ſtoria di ciò, che dobbiamo venerare; Sicche le Immagini della Santiſſima Paſſion di Gesù, di Noſtra Donna, e de'Santi, che Noi per quelche rappresētano veneramo, ſono una cōtinua lezione di quel, che operar ſi dee da Noi, con divenir imitatori di eſſi, e Criſtiani perfetti, come di ſopra nel titolo della venerazione delle Sacre Immagini favellato abbiamo; ma ſi deve avertire, che le Sacre Immagini, e preciſamente le eſposte alla publica venerazione, non ſervono ſolamente per preſentarci per modo di ſtoria ciocche dobbiamo adorare; nè ſolamente per eccitare i noſtri animi a ringraziare la Santiſſima Trinità delli beneficj, che giornalmente ne compartiſce, o che ha compartiti a' ſuoi Santi, ma ancora ſono oggetto di culto, non già aſſoluto ma riſpettivo, poiche, come dice la Settima Sinodo Generale, l'onor dell'Immagine paſſa al Prototipo; e l' ultima Generale, cioè la Tridentina ciò ſpiegando più chiaramente dice nella *ſeſſ.* 52. l'onore, che alle Immagini ſi eſibiſce, ſi riferiſce alli prototipi, che da quelle Immagini ſono preſentati. Le Immagini adunque di Dio, della Santiſſima Trinita, di Gesù ſi devono adorare, col medeſimo culto, con cui adoriamo Iddio, la Santiſſima Trinita, e Gesù, cioè con culto di latria: quelle della Vergine con culto d'iperdulia, e quelle de' Santi con culto di Dulia, perche con queſti culti reſpettivamente e la Vergine, e li Santi ſi adorano. Si dipigne ancor nelle Chieſe la gloria del Paradiſo, e l' Inferno, acciòche qualunque gli occhi intorno vi aggira, animato da meriti di Criſto, e delle proprie morali virtù, aſpiri al primo, e deteſti il ſecondo, e doppo s'innamori in una eternita de' contenti godere Iddio noſtro benigniſſimo Criatore, o una eternità di pene tra' Demonj. I lumi degl'Altari indicano la Santa Fede, ed il Crocefiſſo in quei eretto, ſignifica che per la morte di Gesù, ci ritroviamo nella via della ſalute eterna, per dove colla ſua guida camminiamo a fine di giugnere alla noſtra patria permanente dal Paradiſo; e mentre viviamo, altro non ſiam che Pellegrini, e Viandanti in mezzo a' pericoli, ed ingan-

(1) *Dur. ibid. num.* 12. *lib.* 1. (2) *Apud cit. Auct.*

ganni del Demonio, del Mondo, e della Carne. I Meſſali, gl'Officj, e Sacri Codici, ſono i ricordi della Sacra Scrittura, gli avvertimenti dello Spirito Santo dettati a' Profeti, ed agl'Apoſtoli; come pure ci additano la Paſsion di Criſto, e le ſue Sante parole, ch'egli ha tramandate a noi pe ſalvarci.

Delle Campane.

EBbero queſte in primo luogo l'origine dalla Città di Nola nella Campagna Felice (1), donde furon dette Campane. Si benedicono, e ſuonano le medeſime, acciòche i Fedeli reſtino invitati alle opere di pietà per acquiſtar premj, e creſca in loro la divozion della Fede. Colle medeſime ſi ſaluta nelle ſolite ore la Beatiſsima Vergine, come Avvocata de'Peccatori, acciò li protegga appreſso il ſuo Divin Figliuolo, per la qual coſa vi ſono molte indulgenze concedute da Sommi Pontefici a quelli che trè volte al giorno recitaranno l'orazion che principia: *Angelus Domini &c.* con tre Ave in onor di Maria, e maſsime genufleſsi al ſuon dell'Aurora, del mezzo dì, e della ſera, come anche ordina il Regnante Santo Padre Signor Noſtro BENEDETTO XIII. con varie nuove Indulgenze. Le dette Campane hanno virtù ammirabili contro l'inſidie degli Nemici, contra i fulmini, e le grandini, ſiccome provano i Sacri Dottori, e gli Autori (2). Le Campane ſignificano pure le voci de' Venerandi Veſcovi, e de' Sacri Oratori per augumento della Fede, e ci raccordano la frequenza de' Templi, delle Orazioni, e i Suffragj de' Defonti, e però ſi ſuonano quando mojono i Fedeli; e quel ſuffraggio, che allòra facciamo ad eſsi, permetterà Iddio che ſia fatto a noi.

Degl'altri luoghi delle Chieſe.

TUtti que' luoghi che ſono Conſacrati per le mani de' Veſcovi, i quali ſono Pontefici della loro Diocesi, diconſi Sacri, ed altri appellanſi Religioſi, e Santi (3). Tra queſti v'entrano i Cemeterj, de' quali abbiam favellato nel precedente Sinodo, ed ivi ſi ripongono le oſsa de' Fedeli, acciòcche i viventi preghino il Signore per eſſi. Le ſepolture furono introdotte dentro le Chieſe per lo ſteſſo effetto, mentre

(1) *Rocc. de Camp. & cit. Dur. cap. 4. Corſignan. de ſuggeſt. Eccleſ. & Iur. ac oner. Concionator. m. ss.* (2) *apud Dur. loc. cit. Rocc. ibid.* (3) *Dur. ibid. cap. 5.*

tre anticamente (1) i Criſtiani ſepelivanſi fuori di eſſe; E per tal ragione vi ſi introduſſero i Mauſolei, e depoſiti colle iſcrizzioni, e monumenti di quei, che muojono penitenti, non gia per vanità, ma perche chi li rimira, ſi ricordi colle orazioni d'interceder per l'Anime de'medeſimi Defonti la remiſſion delle pene; e detti furon monumenti, perche ammoniſcono le noſtre menti a penſare alla noſtra mortalità, e che ſiam polvere. Nelle Chieſe poi ſi ripongono eziandio le ſacre Reliquie, ed Oſſa de Santi, o Venerabili, acciocchè noi ricorriamo all'intereeſſion de' medeſimi preſso l'Altiſſimo; mentre quei ſono i noſtri particolari Protettori, e difenſori delle Città (2), e delle Patrie, le Reliquie de' quali nelle noſtre Chieſe veneriamo.

Della Edificazione, e Conſacrazione de' Templi.

Carolus Maranta, nobili genere natus Venuſii quod teſte eadem Italia Sacra (2) Viros toga, & Sago Neapoli protulit illuſtres, Juvenacenſi Cathedræ præfuit anno 1637., de quo ita laudatus Ughellius (3) ait: *Patrem habuit Robertum juniorem inſignem in Vrbe Neapolis Advocatum &c. Carolus majorum Virtutes imitatus J. V. D., & ipſe clariſſimus Neapol. Cauſarum patronus. Romæ diù Sancti Officii Conſultor plura edidit ſui ingenii monumenta, ex Regio deinde Sacellano ad Regiam præſentationem ab Vrbano VIII. P. M. delectus eſt Juvenacenſis Epiſcopus die 7. Septemb. 1637. &c. Cathedralem Sanctorum lipſanis, juſſi, Felicitatis, & Perpetuæ MM. ditavit &c.* Anno 1657. menſe Novembris, translatus (4) eſt àd Tropejenſem Eccleſiam in Calabria.

Aloyſius Zelonus Venuſiæ ortus origine Piſtorienſis, fuit in Alma Urbe Prælatus, utriuſque Signaturæ Referendarius, ac Beneventi Gubernator obiit anno 167...

Franciſcus de Graſſis Venuſinus, negociis familiaribus impeditus, vix ſatis otium ſtudio ſuppeditare potuit; attamen varia in Juſdicendo ſcripſit conſilia, quæ Thomas Grammaticus in ejus operibus æternitati commendavit. Frater Cæleſtinus Brunus Vincentii Philoſophi, ac celebris Medici Venuſini Filius, Auguſtinianæ vitæ diſcplinam amplexus, rerum Divinarum apprimè peritus, virtutibus refulſit, ediditque varias Scholaſticas, & Morales diſceptationes Innocentio X. Pontifice, qui Cœleſtinum hunc ex Conſultoribus contrà hæreticam pravitatem in Galliis ea tempeſtate excitatam unum ſelegit; quam ob rem is adverſus flagitium hoc eruditiſſimum lucubravit opus, dicavitque Alexandro VII. à quo exindè in Epiſcopatum Bojanen fuit cooptatus. Inſignem quoque virum Flaminium Juſtinianum, & Generalem in (5) Corſica ſub anno 1649. glorioſiùs Venuſia indicat.

Anno 1411. Frater Joannes à Venuſia Ordinis Prædicatorum (6) emicuit Archiepiſcopus Mytillenarum, necnon anno 1495. Frater Julianus Galatia ejuſdem Ordinis, & Civitatis Generalis Inquiſitor in Siciliæ Regno æquè floruit.

c Al-

(1) *Vghel. de Epiſcop. Calven. Ital. Sacr. edit. 1. tom. 6. col.* 605.
(2) *d. Ital. Sacr. edit. 1. tom. 2. col.* 1003. *num.* 38.
(3) *dict. col.* 1003. (4) *ibidem.*
(5) *ex cit. m. ſs.* (6) *in Regoſtr. Conv. Domenican. Venuſ. in lib. m.* 55. *della lucerna riacceſa Ord. Præd.*

Digitized by Google

Albericus Barbianus, Miles celeberrimus Magnus Regni Comeſtabilis evaſit, cujus meminere Colennucius, Scipio Caraſa, & alii Neapolitanæ hiſtoriæ Scriptores (1). Thomam Bareſium Venuſinum, ac armorum ejuſdem Regni Præfectum ſub Ferdinando Rege ab Aragonia, Pontanus in ſua recenſuit hiſtoria. Conradus Plumbarolus de Venuſia Nobili gente natus ſub Aragonenſibus Regibus equitum ductor anno 1484. eluxit (2). Jacobus Cenna vir quoque ſapientiſſimus ejuſdem Cathedralis Venuſinæ Archidiaconus circa annum 1614. vivens, Antiſtitum ſuæ Patriæ Catalogum texuit (3). Cæteri autem Viri mox, vel infra occaſione qua de Eccleſiis loquemur, aut alibi, nulla temporibus ſervata methodo, ſed prò noſtri ſtudii opportunitate, illuſtrabuntur; aliquos autem viventes expletis muneribus, vel eruditione ornatiſſimos, ordine inſerto Lector agnoſcet.

Joannes de Bove eruditione non parva ſuffultus, in poeſi magnoperè emicuit, ediditque tragædiam quamdam de geſtis Divorum Chriſanti, & Darii. Compoſuit etiam Sanctæ Aghatæ Martyrium, & alia nonnulla opuſcula, mox apud claram Familiam (4) Sozziam aſſervata; obiitque anno circitèr 1620. Venuſii.

Hyacintus de Bove vir pius, ac æquè eruditus in Aula Principis Nicolai Ludoviſii, necnon Romæ, Neapoli, & alibi magni habitus, fortunam ſuam, nedum literis, verùm etiam benigno alloquio, ac beneficiis, quos poterat, ſibi conciliando, adjuvabat: Denique cùm Eccleſiaſticus eſſet, in Patriam reverſus, ibidem ſuę Familiæ Sanctiſſimi Crucifixi ornavit ſacellum, ampliavitque anno 1670.

Sebaſtianus Sozzius Venuſinus prudens Vir, & Agens generalis in Patria Jeſualdorum Principum (5) tempore, comitatu etiam ſuavi, ac liberalitate alios excelluit. Unam ex præclaris fœminis gentis Porfidæ in matrimonium habuit, alteraque cuidam adoleſcentulo familiæ Leopardæ ejuſdem Civitatis, nuptui tradita fuit.

Joannes Bap. iſta Porfidus, cujus vetuſtæ mox extinctæ familię ſupra mentio eſt, inſignis eluxit in mathematica, & matheſi, obiitque anno 1600. Venuſiæ illius Patriæ, ubi generis ex nobilitate pollebat. Etiam nunc Cappella Cathedralis ad ingreſſum ab eadem Familia

(1) *excit. etiam m ss. & in quibuſdam privileg. apud Monial. Sanctę Mria de Scala Venuſii.* (2) *ibidem.*
(3) *Quod eſt at apud Synod. Venuſin. ſub Epiſcopo Perbenedicto pag.* 810. (4) *m. ss.*
(5) *Ex domeſt. ejuſd. Famil. docum.*

milia priſcis temporibus conſtructa, tum vetuſta ferè collapſa inſcriptione cernitur.

Donatus Porfidus de Brunis, Patria etiam Venuſinus, poeta celebris eluxit, ac paſtoralem quamdam compoſitionem in metrum hoc titulo tranſtulit: *Il Giudizio di Paris in Egloga Paſtorale tradotto da Donato Porfido Bruno di Venoſa colla forza in ogni terzetto de verſi di Petrarca, Arioſto, e Sanazzaro con alcune ſentenze di Dante, ed altri: diretto al Cavalier Frà Orazio Giuſtiniano dell' Ordine Geroſolimitano, diviſo in cinque atti &c. In Napoli appreſſo Gio: Battiſta Sottile 1602.*

Poſtremis verò annis eidem Civitati ſplendorem auxit ſupradictus Joannes Baptiſta de Luca honeſta Familia natus, ac Medici Filius, qui cùm eſſet in Romana Curia Advocatus, deindè Prælatus, & Venerabilis Innocentii XI. Auditor, in Jus dicendo acutus, gravis, ac juſtitiæ Vindex, purpura meruit ab eodem honorari. Venuſinorum protector fuit, maximè ſapientium, quorum emicuit cultor ægregius, eamdemque ſuam Patriam opimis, perpetuiſue redditibus ex fructibus locorum Montium Romæ exiſtentium, munificentia non pauca locupletavit; voluitque quaſdam ſemper eſſe puerculas in eadem Urbe dote inſtruendas, Montem frumentarium, & pietatis inſtituit, ac ordinavit; fontes Civitatis ſæpè ad publicam comoditatem eſſe inſtaurandos, necnon Neapoli quoſdam Concives juvenes ſtudiorum cauſſa perpetuò alendos; ut quemadmodum ille meritis, ac vigiliis decoratus fuerat, ſic cæteri, ſtudiis, & laboribus ad ſublimes quoque gradus convolarent. Redditibus hæreditatis laudati Benefactoris multis ab hinc annis laborioſè inſudando præfuit in Urbe, ac modo præeſt Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Benedictus Cardinalis Panphilius Princeps Romanus, erudítiſſimus, ac integer homo, literatorum Mœcenas. Cardinalis verò de Luca doctiſſimus Vir, quùm etiam eſſet, ſuper legali facultate tomos edidit ſexdecim omnibus planè compertiſsimos, ejuſdemque nomen omnibus Italiæ, àc extra Montes, Curiis notiſsimum eſt. Ultra enim opera italicè conſcripta, illa ſaniori doctrina evulgavit, nempè de Feudis, de Regalibus, de Juriſdictione, & foro competenti, de ſervitutibus prædialibus, uſufructu, & utroque retractu; de uſuris, & intereſſe, de dote, de donationibus, de credito, & debito, de teſtamentis, de fideicommiſsis, de legatis, de beneficiis, de jure patronatus, de regularibus, & monialibus, de judiciis cum Relatione Romanæ Curiæ, ac miſcellanea quadam laudibus exornanda, quibus illius famam alii Scriptores in ſæculum diſsiparunt,

c 2 nam

Digitized by Google

nam fuſiùs de ipſo loqui noſtrum non eſt, neque ſynoptica hęc patitur hiſtoria.

Pater Magiſter Stephanus de Luca Minorum Conventualium dicti Cardinalis frater patruelis Theologus, & Decanus Lector in Romano Archigymnaſio mortem immortali fama ſuo nomini commendatam oppetiit. Pater Magiſter Antonius Piccolus, Minorum etiam Conventualium ſui Ordinis Provincialis, & vir celeberrimus obiit anno 1670.(1) Dominus Pironti dictæ Urbis, in Romana Curia excellentiſsimus cauſſarum patronus, & illibata vita ſuffultus, in Patria exinde fato ceſsit anno 1706.

Fabritius Caputus Venuſinus opus verè eruditum lucubravit praxis conſtitutionum Canonicarum ad Conſuetudines Capituli Venuſini (2).

Blaſius de Lauridia Venuſinus J. C. clariſsimus extitit, necnon varia eruditione ornatiſsimus, qui obiit anno 1672. Vivit Hyeronimus Lauridia Sacerdos in Senarum Urbe, Philoſophia, ac Medicina planè ornatiſsimus vir, qui varia evulgandi gratia habet opera. Venantius Rapolla Vicarius Generalis ſub Epiſcopo Tauruſio præfuit.

Didacus Rapolla Venuſinus J. U. D. Romæ triginta ferè annis Curiam laudabiliter proſequutus, in legali facultate excellentiſsimus fuit. Ibidem anno 1701. ex hac vita diſceſsit.

Frater Donatus Maria à Jeſu Clericorum Regularium Scholarum Piarum ex eadem Rapolla Familia ortus in ſæculo J. C. clariſsimus, in ſua Religione magni ob illius etiam vitam illibatam habitus, Venuſii obiit anno 1721.

Ex quibus perſpicuis Viris, aliiſque nobis fortaſsè ignotis, quid demùm Venuſini Cives, & Subditi noſtri diſcant, domeſtica habent exempla. His igitur quantum ad prælibata attinet, te lector nos hactenùs detinere putavimus, omni tibi facultate relicta de illis liberè, ſive melius judicandi, reliqua interim, quæ ad Eccleſiarum monumenta pertinent, nos modò ſtylo proſequimur. Aſt nunc lætemur in Domino, & exultemus oportet, ſi in ipſis Orthodoxæ Religionis apud hanc Urbem primordiis, venerabili quadam memoria, Divum Petrum Apoſtolorum Principem hic etiam excipiamus, ubi Venuſinos ab illo Fidei Rudimenta, æternamque veritatem proſperè accepiſſe intelleximus. *Verum* ait Ughellius (3) de hac Civitate loquens, *eo magis perſpicua prædicanda, quod ut fert traditio ex illis*

(1) *in tabell. Conv. S. Franciſ. Venuſii.* (2) *Extat. m. 55.*
(3) *Ital. Sacr. tom. 7. col. 216., & 217.*

lis primis Apuliæ Civitatiqus fuerit , quæ lucem Evangelii amplexatæ fuerunt opera, & conatu Petri Apoſtolorum Principis in cujus honorem Venuſini Eccleſiam excitarunt, cui ex ejus nomine S. Petri de Olivete nomen fecerunt;& ob id hanc primam Venuſinorum Cathedram idem poſuit (1). Sed cum hæc bellorum injuria ad ejus ſenſum corruiſſet, alteram dictæ Civitatis Cathedralem Eccleſiam, nempe Sanctiſsimæ Trinitatis, ſicuti ex baptiſterio ibidem erecto liquet, etiam olim fuiſſe, conſtans opinio multorum, & ſeniorum ſententia eſt (2). Tempore enim laudati Roberti Guiſcardi Venuſiæ Domini, cùm ejuſdem Urbis Antiſtitis Suaſione Romanus Pontifex incomperto nobis conſilio, idem Santiſsimæ Trinitatis Templum Caſsinenſibus conceſſerit, aliud ſicuti aſſerere licet (3) in foro ad Urbis ingreſsum elapſis ſæculis Beatiſsimæ Virgini, aliiſq; Sanctis conſtructum eſt. Verùm prætermiſsis hujuſmodi reliquis Templi monumentis, primiſque illius fundatoribus, ſivè cultoribus, utpotè nobis minimè notis, dicere ſolum contenti erimus, quonam pacto, altera hæc fundatio, aut translatio contigerit. Quùm enim poſt hac ſupradictus Pirrhus de Baucio Dux Venuſiæ, miſeris, funeſtiſque inimicorum incurſibus quaſi tempeſtatibus in Neapolitano Regno graſſantibus, nec non veſana aliorum rabie ſtridente in ejuſdem Templi ſitu, recto judicio ad Civium ſecuritatem arcem plantare cogeretur, novam Cathedralem novo impoſito cenſu, beatiſsimo Andreæ Apoſtolo anno 1470. in (4) Urbis Superiori loco ſumptuosè conſtruxit. Aſpicitur etiam nunc lapis ejuſmodi rei extra Eccleſiam hanc ſequenti epigraphe eminens.

Baucius banc Pyrrus Illuſtris Dux Venuſinus Eccleſiam propriis ſumptibus ædificavit.

QUo ſanè, nullum in his partibus magnificentiùs Templum, Excellentius, atque Auguſtius! Sed quoniam in hanc mihi commendationis partem ingreſſo, aliud ex alio ſuccurrit illuſtrius, hoc vereor in primis, ne tàm uberi enarratione difficile ſit exitum, ac principium undequaque reperire: Structura enim ejuſdem

(1) *ibid. col.* 217.
(2) *in cit. m.* 55. *rer. Venuſin.* (3) *ibidem.*
(4) *ex citat. m.* 55. & *Vghell. tom.* ....

dem Eccleſiæ mirifica eſt longitudine, ac latitudine eximia, quinimmo decentia, & decore præfulgens. Gothorum tamèn more conſtructa admirabili forma excellit, undè ſatis innuere ſufficiat, quod ædificium tribus diſcretum fornicibus, talem, ac tantam Eccleſiam hanc erexit ad gloriam, ut impenſas ſecùm graves una traxiſſe credatur, fuitque ſemper immortale Venuſinæ amplitudinis monumentum, in quo ſupra januam introrſum poſt B. M. Iconem ſic legitur.

Deiparæ ſimulacrum hoc ob Venuſium ejuſd. piis precibus ab imminenti lue liberatum Fr. Hyac. Tauruſius Venuſin. Epiſcopus ad perp. inſign. Patrocin. mem. P. M. M.DC.LXVIII.

Ibidem ille memoriam etiam poſuit omnium ſui Ordinis Prædicatorum Antiſtitum prædeceſſorum, quæ quùm interciſa temporis injuria videatur, perperàm deſcriberetur; is autem Templum licèt inſtauraverit, ea tamèn apud me, ac Cives illud munitur recordatione, quùm deinceps reparatione indigeat, ut lautè inſtaurare ſatagamus. Geminæ itidem duplicatæ Dignitates exiſtunt, nempè Archidiaconatus (1), Archipresbyteratus, Cantoratus, atque Primiceriatus, necnon præclaro idem Templum inſtitutum eſt Clero, & Capitulo cum viginti Canonicis, pluribuſque beneficiatis, qui Eccleſiæ huic, etiam pro aliis receptitiæ ſedulò inſerviunt. Dignitates verò, atque hi Canonici nobiles dicuntur in antiquis Eccleſiæ privilegiis, præſertim Margaritæ Neapolis Reginæ, ac Ladislavi Regis ſub anno 1412. ſicuti è Cathedralis Chartophylacio manifeſtum eſt. Ex quo planè intelligimùs ab dictis Venuſiæ exiſtentibus Dominis iiſdem Dignitatibus, & Canonicis aſſuetum fieri debere quotannis recognitionem carnis veruccinæ fragminis ad inſtar Nobilium Urbis eo modo, ac forma, qua ſuperiùs de enunciatis nobilibus dictum eſt. Quocirca elapſis ſæculis, quùm Venuſii Duces, id juxta Summontium, minimè adimplere ſtuderent, lis fuit in Sacro Regio Conſilio 1590. excitata, ubi partibus hinc inde auditis, id emanavit decretum: *Canonicos prædictos, tanquàm nobiles, & in dignitate conſtitutos, debere gaudere oblationibus prædictis. Carolo Fenice Judice, & Cauſa Commiſſario.* Eodem anno apprimè ſimilis definitio favore nobilium prædictorum Civitatis, etiam evulgata fuit, quæ nullo quovis tempore hæſitari poterit. Cæterum laudata Eccleſia magnifico Epiſcopo ſibi met juncto illuſtratum a clar. mem. Epiſcopo de Laurentiis hoc monumento inſtaurato: *Illuſtriſs. & Reverendiſs. DD. Succeſſoribus ſuis Pontificibus Venuſinis eorumque commoditati*

(1) *ut etiam refert Ughell. dict. tom. 7. col. 218.*

Digitized by Google

ditati, & dignitati proſpiciens Jo: Franciſcus de Laurentiis Patrit. Ripan. pariter Venuſinorum Antiſtes vetus Epiſcopium hoc formidabili terremotu Anno S. M. D. C. L. XXVII. pene dirutum in meliorem hanc, atque nobiliorem formam. Æ. P. A. F., Renovavit.

Et ſupra Palatii Majorem Portam.

Joann. Franc. de Laurentiis Patrit. Ripan. Anno ſalut. M.D.C.L.XXXIX.

In foro Epiſcopii ſub Sanctiſſima Cruce ibidem erecta habentur hæc verba: *Ad excitandam Popul. pietatem. Hoc vexillum illud S. Crucis erex., & benedix. Reverendiſſ. D. Andreas Perbenedictus Epiſc. Venuſin. Anno...... dies de ver. Indulg. in form. Eccleſ. conſ. conceſſit omn. Fidelibus quot recitaver. quinq. Pater totidemque Ave M. in honor. Paſſ. Chriſti A.D. M.D.C.XX.*

In Palatio autèm ſelecta quædam bibliotheca ità pridem ab Anteceſſoribus collecta, ad Succeſſorum Antiſtitum uſum adſervatur. Menſæ Epiſcopalis annuus Cenſus ducatorum Regni 1600. ab Ughellio (1) deſcribitur, ita etiam dicente (2): *Venuſinus Epiſcopatus antiquus eſt priſcis illis Chriſtianæ Fidei temporibus inſtitutus, quem vel paulo antè Alexandri II. Papæ tempora, vel ab ipſomet Pontifice Acheruntinæ Eccleſiæ datus eſt ſuffraganeus, hunc Duces, Regeſque Neapolitani, ſummique Pontifices privilegiis, & gratiis exornarunt, quorum monumenta, ut fertur abſumpta flammis fortuitis perierunt.*

Verùm quantumlibet ſatis excelſum Venuſinæ Eccleſiæ conciliaverint decus, quæ modò inſervimus; tamen hoc affirmate pronunciare obiter in animo eſt, longè amplum ferè eſſe id, quod in ejuſdem Curia Sacroſanctis legibus, ac Religioſa ponderatione jurgia definita ſemper fuerunt, necnon in præſentiarum definiuntur, atque Jureconſulti, ſive Advocati, ſervato prorſus Romanæ Curiæ Stylo ab Eminentiſſimo Cardinali de Luca mox laudato hùc introducto, doctiſſimè patrocinantur. Ad hiſtoriam mox regreſſum faciendo, quæ ornamanta glorioſi alii Martyres Venuſiæ attulerint pro meo ſtudio, meaque induſtria præſtabo. Venuſinos fuiſſe duodecim illos Fratres, qui ſub Maximiano Imperatore, diverſis in Apuliæ locis martirii gloriam ſunt aſſecuti, ex Galleſino Ughellius (3) ſcribit. Et ſub Diocletiani altera ſæviſſima perſecutione, Felix Epiſcopus Africanus cum Adaucto, & Januario Presbyteris, Donato (4), Fortunato, Septimio, ac Lectorio ſanguine effuſo, Urbem hanc perluſtravit, eorumdemque Venuſiæ Patronorum ſolemne Feſtum die vigeſima quarta Octobris anno quolibet agitur. Inſuper

(1) *Ital. Sacr. tom.7. d.edit.1. col.*218. (2) *ibidem.*
(3) *Ital. Sacr. edit.*1. *col.*217. *tom.*7. *cit.* (4) *ibid.*

ſuper in laudata Æde, has etiam Sanctorum Reliquias vaſis concluſis decentiſſimè aſſervatas veneramus, nempè fruſtulum ligni Sanctiſſimæ Crucis, Spinas duas Sacratiſſimæ Coronæ Domini Noſtri Jeſu Chriſti, fragmen Coſtæ Divi Gregorii Magni, indigem digitum Sancti Andreæ Apoſtoli, cujuſque Statuam argenteam, Cathedralis hujuſce, Urbiſque inſignis Patroni, alterumque Sancti Viti, necnon partem Mitræ Sancti Caroli Borromei; aliaſque (1) Sanctorum Bartholomei Apoſtoli, Joannis Baptiſtæ, Marci, Bernardi, Stephani Protomartyris, alteriuſque Papæ, Euſebii, Georgii, Sergii, Valentini, Fabiani, & Sebaſtiani, Atthanaſii, Mauritii, Caſſiadori, Martini Pantaleonis, Urbani, Coſmæ & Damiani, Dioniſii, Laurentii, Euſtachii, Mariæ Magdalenæ, Catharinę, Agathæ, Agnetis, Urſolæ, Cardulæ, aliarumque Virginum, & Martyrum; necnon Sanctorum Bonaventuræ, Vitalis, Antonii, Agapiti, Juliæ, Mettii MM., & Marthæ, Seraphinæ, Taddei, & Mauritii, aliorumque Sanctorum, Sanctarumque Virginum, & Martyrum.

Hic etiam Sancti Fortunati Corpus præcipuè in Sacello mox diruto à piiſsimo Hyacinto Tauruſio Urbis Antiſtite jam erecto, ubi Sacram hanc Reliquiam collocavit, politè cuſtodiebatur; poſtque adnotare ſententia eſt, eamdem Sacram Ædem à Ferdinando Serrono etiam illius Præſule anno 1531. ſolemni pompa fuiſſe conſecratam. Lapides autèm Sepulcrales ejuſdem Templi, ultrà ſequentes in Epiſcoporum Catalogo ferendos, qui aliquorum inſignium Venuſinæ gentis Virorum monumenta continent, hi ſunt.

D. O. M.

Fabritius Caputus Archidiaconus Venuſinus U. J. D., & Prothonotarius Apoſtolicus poſt octo annorum circulum diverſis tùm in Patria, tum apud primarios Antiſtites Vicariatus Officiis, aliiſque Apoſtolicis Muneribus honorificè perfunctus, hic carnis Reſurrectionem expectat, obiit XVII. Auguſti M. DC. XXXXIV., ætatis ſuæ annorum XXXXIII.

D. O. M.

Leonardum Antonium Piccolum Archidiaconum Venuſinum, Metropolitanum Vicarium Juriſconſultum clariſſimum, Cappellaniæ Sancti Felicis Fundatorem, a ſex luſtris ſub lateribus obſcure latentem, hoc marmoreo monumento pro honorifico Jure Cappellanum quotannis eligendi

(1) *ex notula in Cathedrale exiſten., & viden.*

Digitized by Google

di grato animo Dignitates digne condi curaverunt : Anno Domini M.DCC.III.

Jacobus autèm Spriolus Venuſinus hujus ædis Archidiaconus, expletis officiis in ævum commendandus, duplici Cappellania, aliiſque Piis operibus Templum id perluſtravit, cujus itidem hæc habetur Epigraphes.

D. O. M.

Jacobus Spriolus U. I. Profeſſor Prothonotarius Apoſtolicus, Canonicali, Cantorali, Archipresbyterali, ac demum Archiadiaconali Dignitatibus illuſtris, trium Epiſcoporum Generalis Vicarius, & ſemel vacanti Sede Pro Epiſcopus, hoc Altare Beatæ Virginis Annunciationi propriis ſumptibus conſtructo, dicato, dotato, ac tandèm univerſali hærede inſtituto, fundata in eo duplici Cappellania obiit anno Domini M. D. C. LXXXVIII., ætatis ſuæ LXVIII.

Necnon ſequens cœnotaphium, ibidem Dominico Canniæ perfunctis muneribus celeberrimo Viro, exaratum legitur.

D. O. M.

Depoſitum Dominici Canniæ Archidiaconi, Prothonotarii Apoſtolici, & Majoris Pœnitentiarii Venuſini, qui Romæ doctoralis laureæ inſignitus, Andriæ Apoſtolicam, Melphiæ Capitularem, Generalem, Venuſii preter hanc Capitularem quoque Viucariam geſſit, pariter vitæ innocentia, morum ſuavitate, animi Conſtantia, animarum zelo, linguarum notitia I. U. peritia nemini ceſſit, plures antecelluit, ac etiam Congregationem Divi Ioannis Baptiſtæ fundavit, refecit, locupletavit, denique die XXV. Auguſti anno ſalutis M.DCC.XVI. ex hac luce migravit, ætatis ſuæ LIX., & dies XXV.; Ludovicus Salerno, & Nicolaus Ranerius Canonici Venuſini Nepotes ſui, & hæredes grati animi doloriſque teſtimonium uſque ad univerſalem Carnis Reſurrectionem memoria tantum pro ſuffragiis hoc poſuerunt monumentum.

Sed ferè perlevis iſthæc ponderis videri fortaſsè cuiquam poterunt; ſi cum iis, quæ de hoc alio Sanctiſſimæ Trinitatis Templo dici poſſunt, conferantur. Quippè dùm ad illud ſermone progredimur, ſtatim hac in re clariſſima deducuntur argumenta. Templum ſanè, ſi præcedentia memoriæ mandavimus, antiquorum prædeceſſorum Præſulum lucidiſſima Cathedra adeò fuit, quod illius ſplendori maximum acceſſerit undequaque ornamentum. Eccleſia

Digitized by Google

hæc, quam Leo Oſtienſis obitèr in ſuis Chronicis nominavit, cuique Mabillonius etiam pauca verba inſervit (1), variis decoratur privilegiis, & marmoreis fulget lapidibus, cæteriſve tabulis, ſuperboque ædificio, ac vetuſtate incredibili; quin immò inciſis etiam quibuſdam publicis, æterniſque monumentis, inter quæ anteriori in porta, hi leguntur versus more antiquorum conſcripti:

Lata per anguſtum tranſitur ad atria Templi
Arctum virtutis, ut videatur iter.

Necnon varias quoque ſuperiùs relatus epigraphes extrà Templum delibare unuſquiſque poterit; alibique ſic:

Exeat, ac claustri ſi quiſquam violet illud
Proſilit in Cælum vim facit, atque rapit

Seorſum autem ita habetur.

Celſa Dei Virtus Templum ſic protegat iſtud
Vt hic degentes, gemina ſint pace fruentes.

Illos verò, qui ſtructuræ huic initium fecerint, exitumque expediverit, certò non habeo. Verumtamen conjectare placet, laudatos Normanniæ Principes ædem hanc ſaltèm inſtauraſſe, illamque metipſis gloriam adeptos fuiſſe; nam in marmoreo Tumulo, ubi oſſa Drogonis, & Guilielmi Normanni jacent, hæc unacum eorumdem effigiebus inſculptis, appoſita cernuntur.

Drogono Comitum Comiti, Ducum Duci, hujus Sacri Templi Inſtauratori, Gullielmo Regi Roberto Guiſcardo Normanno Reſtauratori Fratribus, àc eorum Succeſſoribus, quorum oſſa hic ſita ſunt.

Citrà eumdem locum, ſic alio in marmore legitur.

Guiſcardi Conjux Aberada hac conditur arca
Si genitum quæris, hunc Canuſinus habet.

Nam Canuſii in Eccleſia S. Sabini illius marmoreum Sepulchrum aſ-

(1) *Mabillon. Annal. Benedict. tom.4. pag.145.; & 160. Leo Oſtien. lib.3. c.56.*

aſpicitur, quod Nos anno 1728.ad Sanctuariũ Divi Nicolai Archiep. Myrenſis Barium pergentes quoque inſpeximus; eſtque modò Templum id nullius Diœceſis,

Robertus autem Guiſcardus ſupradictus hos, alioſquè Auguſtæ ejuſdem Familiæ ſquamatim tumulos ferè temporis injuria everſos itidem contexuit, ſuorumque majorum corpora illùc adduci curaverat, & animarum ſuffragia minimè deſpexerat; quinimmò Leone Cardinali Marſicano Concivi Noſtro (1) necnon Summontio (2) teſtibus, quum ille propè Corcyram in Caſsiopolis promontorio obierit, hùc etiam ejus oſſa, translata ſunt, quam translationem idem Summontius non animadvertit. Porrò Templum id non anno M.LVIII., ut quidam vetuſto (3) ædis Codice ſcripſerunt, a Nicolao II. conſecratum fuiſſe dicendum eſt, licet eadem tempeſtate Robertus Calabriæ, & Apuliæ Dux fuit et ab dicto (4) Pontifice creatus; nam juxta Ciacconium (5) & Platinam (6) idem Nicolaus non antè annum MLIX. die 3. Januarii fuit ad Petri Cathedram evectus, quocirca ad hæc ferè tempora, vel ad ſequentia, talis conſecratio prorsùs referri debet. Et quanquam ancipiti deliberatione ſententiam hanc pro certò aſſerere non auderem; attamen referente Colennucio (7), quod idem Nicolaus Papa conſtitutum Robertum inter Furconem, & Amiternum propè Marſos Concives in Aprutio ultrà, ſub anno MLX. fuerit alloquutus, & quod idem Roberti ſuaſionibus Apuliam (8) petierit, eumdem Pontificem tunc etiam Venuſium contendiſſe hæſitandum non eſt, ubi paulò poſt, Ughellio (9) teſte, Eccleſiam illam ſolemni ritu conſecravit: *Expurgato*, ille ait, *Hymenei veteri delubro, illud in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis conſecraſſe, quo deinceps pro Cathedrali uſi ſunt Epiſcopi ad Nicolai II. Papæ uſque tempora, qui cum Venuſiam ad illud conſecrandum veniſſet, pro Cathedrali in Abbatiam erexit*; At ſub dicti Pontificis Imagine eodem in Templo aſſervata, ità legitur:

Hic Papa Nicolaus hoc Sacrum templum conſecravit Anno Dom. M.LVIIII.

Iiſdem ſanè temporibus Eccleſiam Benedictinis donatam fuiſſe, quùm ſcilicet illa in Abatiam fuit erecta certum eſt; poſtque ille

(1) *de Leo Marſic. in Chron. Caſſin. c.56. lib.3.* (2) *Summon. hiſt. Neap. lib.1. par.1. c.13.* (3) *in cit. m.55.* (4) *ex Colenn. & d.m.55.*
(5) *Vit. Pont. tom.1. col.826.* (6) *in vit. Nicol.II. pag.78.*
(7) *Colen. fol. m.55. hiſt. Neap.* (8) *idem fol.57. lib. 3. & Beltran. in deſcrip. Regn. pag.289.* Ciaccon. *d.tom.1.col.826.* (9) *Vghell. Ital. Sacr. tom.7. cit. col.217. edit.1.*

Nicolaus eodem anno Melphiæ quoque dies aliquos degit, ubi (1) Concilium quoddam centum cum Patribus celebravit. Cœnobium verò Sanctiſsimæ Trinitatis, quod in ſermone habemus, variis etiam illuſtratum fuit Indulgentiis, & prælaudati Pontificis imaginem ſupra relatos verſus depictam, etiam nunc indicat; unde magna quidem ea fuiſſe cenſeo, quæ alii quoque Romani Pontifices Succeſſores, & clariſsimi Normanniæ Principes, aut cæteri ad Sacræ hujus ædis honorem geſſere, omnium linguis prædicatione laudibuſque, ſi indubiè ſcirentur, celebranda. Nè verò ſpecioſiùs, quam uberiùs hactenùs relata putent qui legent, Eccleſiam videant, documenta perſpiciant, & niſi vera ſint, auctores incuſent. Nam Ughellius (2) inter alios, ita hac de re inquit: *Caterùm celebre hoc Cœnobium tantis divitiis, ac privilegiis exornatum à ſua propemodum fundatione in Ordine Divi Benedicti permanſit.* Quapropter privilegia quædam idem auctor referre, haud prætermiſit, apud quem videri poterunt. Veruntamèn documenta hæc ad hiſtoriæ ornamentum, tantum innuere ſententia eſt; Anno igitur 1053. ſupradictus Drogo Dux, & Magiſter Italiæ, Normannorum, Apuliæ, ac Calabriç Comes, eidem Monaſterio tertiam partem Venuſinæ Urbis, alioſque redditus donavit (3). Robertus alius Dux anno 1074. id ſimiliter explevit (4). Rogerius Guiſcardus Comes illud anno 1082. novo ſuperaddicto Cenſu locupletavit, & anno 1088. donationem (5) hanc renovavit. Guillelmus Comes Roberti Filius, aliam addidit anno 1101. citato Ughellio, qui hæc omnia monumenta per extenſum (6) deſcribit, teſtimonium perhibente; tametſi ille ſequentem donationem per nos modò ferendam (7) minimè inſeruerit.

In nomine Sanctiſſima Trinitatis, anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1124. Indict. 11. menſe Januario ſeptimo die &c. Ego VVillelmus, Dei gratia Sipontini Archiepiſcopus &c. dedi, & conceſſi mea bona voluntate Monaſterio Sanctiſſima Trinitatis Venuſie, ibique Ugo Abbas ejuſdem loci Venerabilis atque Succeſſoribus ſuis in perpetuum Eccleſiam S. Thoma Apoſtoli, qua eſt ſita Foris Muros Civitatis Sipontina &c. ideo quia recepimus Fraternitatem, & Societatem Orationum &c., qua fiunt die, àc nocte in illo Venerabili Monaſterio, ubi requieſcunt multa corpora Sanctorum &c., viſum eſt nobis honorem, & uti-

(1) *Beltran. loc.cit. Guilielm. Apul.lib.2.fol.*18.19.*Leo Card. Marſic in Chron. lib.3.cap.*13 *pag.*340. (2) *d.Ital.Sacr.tom.*2.*edit.*1.*col.*223. (3) *Ital.Sacr. d.tom.*7.*col.*219. (4) *ibid. col.*221.*num.*9.
(5) *col.*222. (6) *col.*222. *cit.*
(7) *ex dict. m.*55., *& Archivo Eccleſ.*

& utilitatem eſſe Sipontinæ Eccleſiæ tale Monaſterium habere in ſua Parochia aliquod Hoſpitium, quod teneat, & recognoſcat ab ipſa Sipontina Eccleſia, ita tamen ut in Feſtivitate Sancti Apoſtoli Thomæ reddat Monaſterium Venuſinum Maternæ Eccleſiæ Sipontinæ duos ſolidos Romanos pro Epiſcopali Jure &c. Habeat Monaſterium Venuſinum Eccleſiolam illam cum ſuis omnibus pertinentiis &c., & pacificè perenniter poſſideat. Si quis autem hujuſmodi noſtræ conceſſionis violator, aut contrarius extiterit, niſi reſipuerit, & ad emendationem venerit, corporis, & animæ perpetua damnatione, & excomunicatione &c. ſeparetur, fiat, fiat. Amen.

Specioſius etiam Templum id, quæ ſequuntur itidem inſculpta vel à nobis ſatis comperta, reddunt. Frater Joannes de Gratiis Hieroſolymitanus Eques, & Bajulus in Eccleſiæ pavimento cælata illius imagine univerſalem reſurrectionem expectat. Cernitur quoque Cœnotaphium alterius Hieroſolymitanorum Equitis Fratris Corinthi Barbæ Bajuli ſub ànno 1500. vix intelligibile exaratum; necnon memoria Equitis Auguſtini ejuſdem Nepotis Novarienſis Patritii, qui cum Nobili Viro Franciſco Bernardino, Cappellam B. Mariæ Gratiarum auxit, ornavitque. Adeſt quoque effigies Equitis S. Joannis Septimii Cacciæ Nobilis ejuſdem Novariæ Urbis, qui ibidem anno 1557. functus eſt vita, & variorum præclariſsimorum hominum memoriæ ejuſdem Melivitani Ordinis, temporis injuria ferè deletæ, ſigna apparent.

Ara Sancti Athanaſii Abbatis, ubi Corpora Sancti Senatoris, & aliorum Sanctorum, quorum infrà mentio eſt, aſſervantur, auratis fulget columnis, & pulcra, aut locuples eſt, quæ Brutiorum, & Aprutinorum noſtrorum liberalitate fuit ità exornata, quemadmodùm in Inſcriptione propè illam poſita, ſatis ſuperque liquet, quæ cùm muro, & non marmori, aut firmè lapidi ſit impreſſa, haud refertur. In alia denique ara Sanctiſsimi Crucifixi Imaginem verè devotam adoramus.

Sed miſſa iſthæc faciamus, ad Sacram Hiſtoriam ut conſulto redeamus oportet, qua proindè illud ad rem noſtram memorari decet, prælaudatum ſcilicet Cœnobium, aùt Templum una cum ejuſdem ampliſſimis redditibus per dictos, Caſſinenſes diù poſſeſſum (2) fuiſſe, nempè uſque ad Bonifacii VIII. tempora, quando refrigeſcente in eis Regulari obſervantia (2) Pontifex rem optimam, acſaniorem facturus exiſtimans, eamdem Eccleſiam cum ſuo Cenſu, eidem

(1) *ex cit. m. 55. & Ughell. Ital. Sacr. tom. 7. edit. 1. col. 223.*
(2) *ibidem Ughell.*

Digitized by Google

eidem Melivetanæ Religioni, Apoſtolico Brevi, etiam per extenſum ab Ughellio (1) relato, conceſsit.

Prædicti autem Melivitani Equites quadringentis ab hinc annis circitèr Cœnobium id poſſederunt, ac modo ſub Bajulivatus titulo detinent; ejuſdemque collatio, ſervato quidem Ordine Senectæ profeſsionis, ad magnum Ordinis Magiſtrum pertinet. Prior autem Sacerdos, Sacræ Ædi, necnon alii Equites Fratres Cappellani nuncupati, ab noſtra Juriſdictione, ut prætendunt, exempti, Crucem probatæ Religionis ante pectus præſeferentes, aſſerviunt; ex quibus hujuſmodi Templi, ac Civitatis honor, ſive decus aliquomodò augetur. Propè dictæ Eccleſiæ veſtibulum, vel intra illius ambitum, pro Chriſti nomine olim Martyrio (2) coronati ſunt Nominantia Mater, Viator, & Senator ejuſdem filii, qui juſtè, ac fortitèr apud Deum vixerunt: & ſicut virtutis eſt in acie, in conflictu pro Chriſti amore ſuccumbere, ita (3) perfectæ Sanctitatis eſt diù agere, & conſumare certamina. Qùum enim inimici homines dictorum Athletarum non poſsent temerare conſtantiam, iidem tolerando probra ſuſtinendo irriſiones, ac flagella minimè timendo, martyrii palmas meruerunt. Itaque in conſcripto Martyrum agone univerſam gentem hanc exultaviſſe piè credendum eſt; dum glorioſi Sancti illam admirabili exemplo in omne gaudium, & cæleſtem eruditionem nedum inſtuxerunt, verum etiam munere triumphalis eorum Sanguinis Urbem decorando, adoleſcentibus, aliiſque Civibus Fidei, ac fortitudinis perfectam reliquerunt notam.

Ad id uſque temporis, marmorea columna, in qua iidem Virgis, ac ſuſtibus cæſi ſunt, in prædicta Æde cuſtoditur, quapropter Cœleſti conſilio factum deinde putamus, quod Benedictinis paulò ante commendatis, Eccleſiæ tunc inſervientibus, eorundem Sanctorum Martyrum Sacra lipſana, una cum Corpore (4) Beati Atthanaſii ſupradicti Abbatis de nòta, ut etiam Ughellius refert (5), ac prò multorum annorum lapſu hominum memoria exciſa, ſub Altare Majori odoribus undique fragantia, Civiumque lætitia invenirentur.

Id verò uſque modò delibatum, ſatis etiam ſuperque liquet ex Apoſtolico Brevi Papæ Victoris anno 1055. expedito, ac ab Ughellio

lio

(1) *dict. col. 223.*
(2) *Ex cit. m.55. aliiſque auctoribus paſſim.*
(3) *D. Petrus Chryſol. de Apollinari Serm. 128.*
(4) *Ex cit. m 55.*
(5) *Ughell. Ital. Sacr. tom.7. cit. edit. 1. col. 224., & 225.*

Digitized by Google

lio prætermiſſo, quùm ſcilicèt Pontifex ille, eorumdem. Sanctorum (1) Clero, Populiſque Venuſinis, & Apulis venerationem enixè commendavit. Quæ cùm ita ſint, annotare placet, eaſdem Sacras Reliquias anno 1603. ab Equite Hieroſolymitano Valladio quodam tempore Venuſini Antiſtitis Sigiſmundi de Donatis, repoſito choro introrsùs, ſupradictam majorem Aram hac ſubtus profunditate palmorum quatuordecim magnis cum lapidibus fuiſſe denuò collocatas.

Hæc denique eſt Martirii eorumdem brevis enarratio, veluti labentis fulgoris quædam allucinatio. Hæc ſemina Sanctitatis, ex quibus tot virtutum germina, necnon Venuſiæ exempla præclariſſima, pullularunt, quæ ſi digito indicari poſſent, mox opuſculo meo honorem offerrent, atque ornamentum, ſed quoniam apud aliquos Scriptores de iiſdem Martyribus, ac eorumdem Martyrii loco, ancipiti judicio quandoque ſcriptum fuit, ideò antequam ad cætera deſcendamus, hoc ſaltèm in animo eſt interpretari. Quidam enim crediderunt, prælibatos Martyres a Divo Marco Galileo, quum Atinenſium, ac Concivium Marſorum Epiſcopus eſſet, juxta Phæbonium, (2) necnon Taulerium in illius actis (3) baptizatos fuiſſe, & quòd Orthodoxam fidem exinde ad Meſſapiæ, Salentinæ, Peucetiæ, ſive Calabriæ gentes iidem prædicantes, ab inimicis Evangelii compræhenſi, pœnis, ac Suppliciis in Civitate Divi Marci apud Calabros affecti eſſent; & denique quod eorum corpora juſſu Roberti Normanni Venuſiam translata, in Eccleſia prædicta Sanctiſsimæ Trinitatis repoſita fuiſſent. Veruntamen omnes hujus ſententiæ auctores, probatiori quidem judicio perperàm id affirmaſſe, hæſitandum non eſt, nam ultra vetuſta documenta (4), necnon veridicas hac de re antiquiſſimas traditiones, ſatis etiam opinio hæc manifeſta videtur, nedum ex dictà columna ad hanc uſque ætatem in ſepè laudato Sanctiſsimæ Trinitatis Templo adſervata, in qua iidem ſtipitibus, ac virgis cæſi ſunt, verum etiam ex relato Brevi Papæ Victoris, venerationem Sanctorum hiſce populis commendantis. At de his dicta ſint ſatis, verùm quod ad enunciatum Corpus Sancti Athanaſii Abbatis, prænotatum velim illud Anno 1683. iterum ſub dicto Altari fuiſſe recognitum, atque in quodam vaſculo terræ coctæ, ubi hæc verba leguntur, repertum.

Hc

(1) *ex cit. m.55.* (2) *Phæb. hiſt. Marſ. in Catalog. pag.2.*
(3) *Taul. hiſt. Atinæ pag. 206.*
(4) *in cit. m. 55. relat,*

Digitized by Google

Hic requieſcit Corpus Sancti Athanaſii, Glorioſiſſimi Confeſſoris Chriſti.

Quod poſthæc, in magna lapidea Capſa authenticis actibus, à recolendæ Memoriæ Joanne Franciſco de Laurentiis Venuſino antiſtite munita, ejuſdemque Stemmate ſigillata, recluſum fuit, necnon omnium dictorum Sanctorum publici cultus habemus (1) Scripturæ monumentum, cuius tenorem nòn ubertim, ſed quem ad ſatietatem innuere lubet; ſtrictè inſerimus.

In Chriſti Nomine. Amen.

NOs Joannes Franciſcus de Laurentiis, Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopus Venuſinus. In cauſa, & cauſis coram nobis vertentibus inter Rev. Fratrem Cappellanum D. Franciſcum Maggio Procuratorem RR. Fratrum Cappellanorum Eccleſiæ Sanctiſsimæ Trinitatis Venuſii Bajulivatus Sacræ Hieroſolymitanæ Religionis; & eo nomine &c.& Rev.D. Vitum de Ninno Promotorem &c. de, & ſuper publico Cultu, & veneratione Reliquiarum, ſive corporum Sanctorum Martyrum, Viatoris, Senatoris, Caſsiodori, & Nominatæ, necnon Sancti Athanaſii Abbatis, nuper in Eccleſia prædicta inventorum, fuit proviſum, & diffinitivè decretum prout infra videlicet: Viſis libello dicti Rev. Procuratoris, & citatione exequuta in perſonam dicti Rev. Promotoris Fiſcalis ad dandum interrogatoria, & viden. iurari Teſtes &c. Ipſorumque Teſtium depoſitionibus, necnon ſcripturis omnibus in actis præſentatis, ex quibus conſtat de exiſtentia Brevis Apoſtolici, ac de veritate, ac identitate prædictarum reliquiarum, ſeù corporum, atque etiam de cultu antiquitùs, & hactenus præſtito, tam præfatis Reliquiis, ſeù corporibus, quam imaginibus eorumdem Sanctorum, viſis item publicatione, & concluſione in cauſa factis, citatione ad dicendum, & allegandum in Jure, & in Facto cum monitione ad ſententiam pro preſenti die, & hora, aliiſque &c., conſideratis conſiderandis, Chriſti Nomine repetito pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum, eiuſque honorem, & gloriam prè oculis habentes per hanc noſtram definitivam ſententiam, quam de Theologorum, Canoniſtarum, aliorumque Piorum &c. conſilio, & aſſenſu ferimus in his ſcriptis auctoritate noſtra ordinaria, ac etiam per Sacrum Concilium Tridentinum, & Sacræ Congregationis decreta generalia negociis delegata, ac omni alia &c. ſententiamus &c.& declaramus Reliquias ſupradictas ſivè Corpora præfatorum Sanctorum Martyrum, Caſſiadori, Viatoris, Senatoris, & Nominatæ eorum Matris,

(1) *In Cancellar. Cur. Venuſin. hoc anno.*

tris, illorumque Sanguinem præmemoratum, necnon Sancti Atthanaſii Abbatis publicæ venerationi exponi, ejuſque publicum & ſollemnem cultum &c. Reliquias ab Eccleſia Catholica dari ſolitum &c. adhiberi poſſe &c. tanquam proprium eorumdem Sanctorum; quos uti tales recognoſcimus, approbamus, veneramur, & ab aliis venerari mandamus &c. & ita &c. non ſolum &c. ſed omni &c. Ita eſt Jo: Franciſcus Epiſcopus Venuſinus. Die 12. menſis Novembris 1689.

Ex quibus nedùm liquidò conſtat veneratio, & cultus Sanctorum, quorum hic mentio eſt, verùm etiam annotare libet, laudatas Reliquias mox ſub ſupradicta Ara novo locupleti ornamento decorata, cuſtodiri. Nupèr autèm Sancti Marci apud Calabros Epiſcopus, enixe Sanctiſſimo Domino Noſtro feliciter Eccleſiam Catholicam moderanti, ut ſuæ Civitati hæc Sanctorum Corpora concederentur, inſtitit. Pontifex verò eidem annuere, haud tamen a Venuſinis Sacrum illud theſaurum eripere exiſtimans, volens, nolens, Magno Magiſtro Hieroſolymitano, cui ut diximus Eccleſia paret, Pontificio Brevi ancipitem ſuum ſenſum aperuit. Quam ob rem auditis Templi Cappellanis, Civibuſque Venuſinis, hi tunc in hac gravi, acerbaque ipſis ſollicitudine nihil prorſus innovandum eſſe, rati ſunt: quinimmò ex illa hora decreverunt omni ſtudio, omnibuſque viribus, ac nervis id agere diligenter, ſi cæteras ſupplicationes, aut præcepta in hoc negocio intelligerent, quod potiſſimùm illarum Reliquiarum, ne de eorum devotione detraherentur, jacturam nullo quovis ævo ſufferrent. Cæterùm quùm Sacra Ædes mox laudibus elata, formam planè priſtinam temporis injuria etiam amiſerit, ita ut vetus illius ſimulacrum vix agnoſceres, & antiquæ magnitudinis veſtigium ferè everſum videres, tametſi Eccleſiæ comenda hæc, annui ſit redditus, Ughellio teſte, (1) ſex millium aureorum ideòque piiſſimus, ac æquè clariſsimus Vir Frater Joannes Burgherinus Hieroſolymitanus Eques, ejuſdemque Ædis Bajulus, àc Patritius Florentinus, illam locupletiſsimè nunc inſtaurare mandavit, Sacriſque Suppellectilibus, magna ejus nominis gloria auxit. De qua re monumentum ibidem adeſt non hic relatum, quum illud non in marmore, ſed muro ferè collabenti ſit inſculptum.

Venuſia inſuper variis ornatur Parochiis cum ſubſequentibus Sacris Ædibus, nempè illa Sancti Petri Apoſtolorum Principis in memoriam vetuſtæ illius Cathedralis, ſuperiùs indicatæ, exedificata, ſupra cujus Magnam Portam Imagines cælatæ inſpiciuntur, mo-

e

(1) *Ital. Sacr. edit.* 1. *col.* 218. *tom.* 7.

more antiquorum quatuor Romanorum Conſulum, ſive ex amiĉtu autumamus ejuſdem Almæ Urbis Senatorum, quod planè, quum noſtrum perſcrutari non ſit, Eruditorum cenſuræ committimus; necnon Sanĉti Blaſii, alias Sanĉtorum Coſmæ, & Damiani; itemque Sanĉti Martini, ubi Sacra, & prodigioſa aſſervatur effigies Beatæ Mariæ de Hydria nuncupatæ; inſuper Sanĉti Nicolai de Capuana & Sanĉti Marci, Sanĉtæ Mariæ de Palagano, quæ omnes proprios habent Reĉtores, qui ex Cathedrali (1) Sacramenta populo miniſtranda deſumunt. In hac vero ultimo loco conſtituta Æde, quædam videntur verſuum fragmina, temporis injuria undequaque deleta, eamdemque ob cauſſam prætermiſſa; verum ſub Sacra Sanĉti Viti Ara, ſive ejuſdem Icone, hæc deſcripta cernuntur.

Anno Domini 1371. die 17. Menſis Septembris X. indic: hoc opus fieri fecit hæres Ruberti Plumbaroli de Venuſia per manus Magiſtri Franciſci de Monte Carbini de Principatu Deo gratias. Amen.

Erat & intrà Civitatem Templum Sanĉti Joannis Baptiſtæ cum ſua Parochia locatum, quod poſtmodum variis difficultatibus vexatum, ſupradiĉtæ Eccleſiæ Sanĉti Petri, aggregatum eſt. In eademque Civitate hæc alia Templa habemus, nempè Sanĉti Nicolai pulcræ Mulieris nuncupati, cum ſocietate Montium Mortuorum ſub titulo Sanĉti Felicis; quæ ſiquidem confraternitas ad Templum Sanĉti Philippi Nerii anno 1682. ab Epiſcopo Franciſco Maria Nerio Patritio Tyburtino fundatum, deinde fuit translata. Hanc autem Sacram pulcherrimam Ædem ſolertiſſima cura q; Doĉtoris Phyſici Felicis Antonii de Vitaglianis Venuſini auxit, atque ornavit. Extat etiam Venuſii Xenodochium ſub titulo Sanĉtæ Mariæ Conſtantinopolitanæ cum Miſſa quotidiana; ubi duæ Sodalitates ereĉtæ ſunt, altera ſcilicet ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis titulo, alteraque Sanĉti Sebaſtiani. Templum Sanĉtæ Annæ Sacrum Abbatiam continet; necnon alias Sanĉtorum Ædes, vetuſtate ferè collapſas magno rubore ſpeĉtamus. Illæ autem, quas lucidas, perjucundè conſpicimus, hæ inſuper ſunt, nempè Sanĉtæ Mariæ Gratiarum, ubi Fæſtum die ſeptima Maii celebratur; Sanĉtæ Mariæ de Monte Albo, cujus Feſtivitas ſecunda die Paſchatis Dominicæ Reſurreĉtionis colitur; Beatæ ejuſdem Virginis in Ilciocum Abbatia de Jure Patronatus clariſſimæ Familiæ Jeſualdæ; Sanĉtæ Marinæ, quæ ad Melivitinam Religionem pertinet, necnon alia Sanĉti Rocci. In ſuburbiis Venuſiæ ſequentes etiam ſitæ erant ferè vetuſtate Ædes everſæ, illa ſcilicet Sanĉti Stephani in aqua pulcra, alia Sanĉti Petri de Oli-

(1) *Ital. Sacr. cit. tom. 7. prima edit. col. 218.*

Olivete, illa Sancti Clementis, alia Sancti Lazari, & illa Sanctæ Mariæ Magdalenæ, quæ antiquitùs opulentiſſimum habuit Xenodochium, necnon Regularium quoque Conventum, ut ibidem hiſce verſibus barbara illa ætate compoſitis, legitur.

Cujus adhuc parca filum trahit, & trahitur arco
Judic is eſſe fores, me non monſtrante negares
Hoc Sepulcrum eſt fratris Antonii Zuxi Prioris
Vixit adhuc ſoſpes, ſed non fuit tuus hoſpes
Parcat ei Flamen, & Filius, & Pater, Amen.

Sancta Maria Magdalena de Venuſio Amen. Factum per manus Magiſtri Angeli de Baccarel: anno Domini 1422.*Prim.Indiction.die* 11. *Septembris.*

Regularium autem infraſcriptas honeſtamus Cuſtodias, ſive Eccleſias, illam videlicet Ordinis Prædicatorum Sancti Dominici cum admirabili clauſtro, quod nuperrimè fuit ampliatum; Templum verò mox inſtauratur. Colitur hic Sanctiſſimi Crucifixi Imago argentea, miraculis undique coruſcans, cujus olim devotione Neapolitani Reges allecti, ſalem Fratribus Ordinis perpetuò fuere elargiti (1), & laudati Pyrrhi de Baucio Venuſiæ Ducis varia munificentiæ, àc largitatis monumenta, necnon aliorum Nobilium, & Concivium altaria, ſumptuosè conſtructa, una cum Sancti Dominici vetuſta, devotaque effigie in tabulis depicta, conſpiciuntur. Sanctus Franciſcus in Umbria natus, Evangelicæ perfectionis cultor, quùm populis prædicandi gratia verba vitæ per varias mundi plagas, & præſertim dicti Regni Urbes excurreret (2), necnon è Syria, ubi à Rege Soldano Luculentis benevolentiæ argumentis acceptus fuerat, Italiam repeteret, Venuſiæ aliquandiù Soſpes moras egit: quinimmò, quod etiam tunc varia gloriosè Venuſinis geſſerit (3), fama emanat. Quapropter iiſdem in ſui clientelam, ac fidem receptis, mirabilia ad animarum ſalutem documenta conceſſit, necnon præclara quædam admodùm ſublimia reliquit. Præterea Templum conſtrui juſſit, quod deinde illo abſente, fuit (4) abſolutum, & poſtremò ejus nomini conſecratum, eamque ob Cauſam ſequens epigraphes pro foribus majoribus Eccleſiæ legitur inſculpta:

Chriſti Confeſsor, & ſic qui Stigmata portas
Sis interceſſor facienti munera portas

(1) *in cit. m.*55. (2) *VVadding. in Annal.* ..... *& in decumen. exiſten. in Conv. S. Franc. d.Urb.* (3) *in cit. docum. & m.* 55.
(4) *ibidem.*

Intrà qui tranſis, Franciſcum laudibus ora,
Ut Cœlum Scandas, Chriſtumque credis, adora.

His inſuper Sacris Reliquiis ibidem ſummum perſolvimus honorem, nempè parti cilicii ejuſdem Sancti, ac Ligno Sanctiſſimæ Crucis denti Sanctæ Apolloniæ, ac quibuſdam aliis. Eccleſia demum, cui Fratres Ordinis Minorum Conventualium inſerviunt optima nunc quoque exornatur ſtructura, àc clauſtrum hiſce temporibus inſtauratur. Cappella autem laudati Seraphici intra Eccleſiam locata ad Familiam de Altruda pertinet, quæ Cardinali de Luca proximior neceſſitudine ac affinitate eſt juncta.

Extra Civitatem Conventus Ordinis Minorum de obſervantia Reformatorum ejuſdem Patriarchæ ſitus eſt, ubi Altare privilegiatum prò defunctis intra Eccleſiam à Gregorio XIII. conceſſum (1) cernitur, necnon Sancti Antonii Patavini pulcra, & prodigioſa effigies. Qua verò occaſione eadem Sacra Ædes Beatiſſimæ Virgini de pace conſtructa fuerit, pulcherrimam, & Religioſam memoriam (2), ſive indubiam traditionem habemus. Quicquid enim aliqui auctores dixerint, Sanctum Leonem Primum Pontificem, Attilæ Hunnorum Regi occurriſſe, & hunc poſt compertiſſimum miracolum recto tramite in Ungariam rediiſſe, hoc certum eſt apud noſtros Scriptores, & in domeſticis hujus Urbis veteribus monumentis; quod cùm idem Rex cognomento flagellum Dei, in Italiam invadens (3), quandò, eodem Sancto Leone, Romam ardenti furore depopulari prodigioſe notum eſt, minimè potuit, ſuas militum copias in Apuliam traducendo, Venuſiam Obſidione incedere (4) eo in loco, ubi nunc dicta Eccleſia ſpectatur anno 447. præparavit. Quarè Joannes Venuſinus Antiſtes Fidei zelo permotus, pontificalibus indutus, una cum ejus Clero, prælaudati Sanct. Leonis, a quo Epiſcopus creatus fuerat, exemplo inſtructus, præviis etiam orationibus, jejuniis, cæteriſve Sacris votis ad Dei opem ſedulo implorandum, ipſi Attilæ, ſuoque exercitui obviam factus, ità ipſos (5) affatus eſt: *Genitricis Mariæ juſſu, Cavete, ne cuipiam hujus Civitatis noceatis, ſed hinc ſtatim diſcedatis*. Iſta dicente Sancto Præſule, ipſe Rex cum ſuis copiis, viſibiliter Dei Genitricem Mariam, torvo vultu ipſis minitantem aſpiciebat (6). Ex quo Divinam intelligentes voluntatem

(1) *Bonav. à Faſano hiſt. Conv. hujus Provinc. pag. 59.*

(2) *in cit. m. 55.* (3) *èx d. Fr. Bonav. cit. ag. 59. & m. 55. etiam citat.* (4) *Ughell. Ital. Sacr. tom. 7. col. 219. edit. 1.*

(5) *Bonav. à Faſano hiſt. Conv. d. Prov. c. 28. pag. 55. ſeqq.*

(6) *ibidem.*

tem, ſtatim innoxiam Civitatem relinquentes, eos aliò demigraſſe, firmè rem (1) teſtatam habemus; proinde que de hiſtorica veritate adverſus Marianum hoc prodigium hæſitari, nonniſi temerè poterit. Nam hac de re late teſtantur Synodus hujuſce Eccleſiæ doctiſſimi Epiſcopi Perbenedicti (2), Eminentiſſimus Cardinalis de Luca in ſuo Theatro Veritatis, & Juſtitiæ (3), Codices dictæ Eccleſiæ, ac Civitatis (4) Ughellius in Italia Sacra (5), necnon Frater Bonaventura a Faſano in hiſtoria Conventuum ejuſdem Provinciæ (6) planè itidem ſingulari, & nunc Venuſiæ in parva ſelecta biblioteca J. C. Angeli de J[illegible]a nobilis Venuſini, ac eruditi viri aſſervata. Poſt inopinatam itaque Urbis liberationem, Oppidani è domiciliis ſuis celeriter egreſsi, ad proximum lucum acceſſerunt, ut inibi pro eorum ſecuritate, ubi horribili latrocinio, & impetu dictorum barbarorum erant oppreſsi, excurſiones facerent. Sed ex infeſtis militibus antea ut diximus timore Beatæ Virginis minarum diſceſsis; nemine penitùs reperto, certè nec immerito, tanto ſuperbientes prodigio, ut ſe inopinata Spe, ſoſpites eſſe cognoſcerent, dum oculos grato animo ad Cœlum extollunt, venerandam Deiparæ Iconem reſpexerunt in Arbore quadam, ſive luci prædicti quercu (7) incerto auctore depictam, ac cœlitus illùc emiſſam (8), quaſi fulgoribus, ac majeſtate radiantem, quæ ab Hunnorum flagello, incendiis, cædibuſque Venuſinos liberaverat; hinc laudatus Frater Bonaventura à Faſano (9) *Venuſini* ait *ab eorum Epiſcopo Summum Dei Genitricis auxilium præſentientes, & ad locum ubi exercitus caſtramentatus fuerat pergentes, in eodem loco ubi ipſe Epiſcopus Regem affatus fuerat, eamdem Imaginem Beatiſſimæ Virginis, quę dicto Regi apparuerat, collocatam invenerunt, cui gratias agentes, de tanto beneficio non ingrati, ibidem communibus expenſis, Templum ędificarunt, in quo Sacratiſſimam hanc, & miraculoſiſſimam Imaginem locaverunt ſub titulo Sancta Maria de Pace in memoriam pacis, in qua relicti fuere*. Quo in loco Conventùs extructus fuit, & Fratribus prædictis (10) de obſervantia collocàtus. Pyrrhus autem de Baucio exinde Venuſinorum Dux à Sacræ Virginis devotione permotus eamdem Eccleſiam non vulgari ornamento auxit, ſicuti citatus Bonaventura a Faſano (11) literis com-

pro-

(1) *loc. citat.* (2) *Synod. Venuſ. Perbenedicti pag.* 810.
(3) *Card. de Luc. de praemin. diſc.*35. (4) *cit. m.* 55.
(5) *Ughell. Ital. Sacr. d. tom.*7. *col.*219. *edit.*1.
(6) *Fr. Bonav. à Faſan. d.c.*28.*pag.*55. (7) *ex cit. m.*55. *Urbis.*
(8) *in hiſt. cit. pag.*55. (9) *ibidem d. pag.* 55. *c.*28.
(10) *Bonav. de Faſan. ibid.* (11) *pag.* 56.

probavit. *Conventum* inquiens *hunc ædificatum fuiſse impenſis excellent. Pyrrhi de Baucio &c. Venuſii, & Andriæ Ducis &c.* Quapropter corrigendi ſunt Gonzaga (1) & VVadingus (2), aſſerentes talem conſtructionem ordinaviſſe Mariam Donatam de Urſinis, piam æquè, Sanctamque Matronam; nam quemadmodum in ſequenti cenotaphio liquet, ipſa anno Domini 1431. orta apparet, obiitque anno 1485., & vixit annos 54., quo tempore jam Eccleſia fuerat exornata, tametſi illa ſepiſsimè Religioſis uteretur, eorumdem conſilio, ac opera in omni Sacra Re delectaretur (3), unde ſuum ſtudium, opem, àc diligentiam ad illorum etiam commodum contuliſſet, nam hæc pia mulier magna Sanctitatis opinione vixerat, mortemque (4) oppetierat. Adhuc hodiè ad præclariſsimum Urſinorum Principum honorem, & ſempiternum decus, ſequens in hoc Templo legitur tantæ Heroinæ memoria, quæ in marmorea Capſa quatuor exornata columnis propè majorem aram mirificè cœlata aſpicitur.

Mariæ Donatæ de Vrſinis de Bauciis, Pyrrhi de Baucio Vrſini Montis Caucaſi, Vigiliarum, Acerrarumque Comitis, Venuſiæ, atque Andriæ Ducis, Altamuris Principis, àc Regni hujus Magni Comeſtabilis, Conjugi digniſſimæ, Clementiæ, Juſtitiæ, Religionis, omniumque Matronalium, laudum exemplo incomparabili, Iſabella de Baucio de Aragonia, Filia ex tribus ſuperſtitibus nata, minimo ſumptu magis prò loco, quam prò inſigni ſua in Parentem pietate poni juſſit. Vixit Ann. 54. *Ob. An. D.* 1485.

Cappella vero B. Mariæ de Pace dicti Templi inſtaurata fuit à Familia Vitamore ejuſdem Civitatis Patritia, & in atrio dicti Conventus ſequentes aliæ inſcriptiones leguntur, eaque præcipuè Principis Nicolai Ludoviſii, tunc Urbis Domini, ac Cœnobii benefactoris videtur.

Has Sacras ædes, quas longi temporis ætas
Et motus terræ turbarat penè ruina
Princeps Nicolaus Venuſinæ maximus Vrbis
Atque Nepos Fratris Gregori lumine caſſi
Pontificis Summi clariſſima lumina Mundi
Ductus amore pio præcelſæ Virginis Almæ
Et tandem voto Signati Stigmate Sancti
Funditus iſte ſuis renovandas ſumptibus egit,

Vt

(1) *de origin. Religion. Seraph.*
(2) *Annal. minor. tom.* 3. *an.* 1399. *n.* 59. (3) *ex cit. n.* 55.
(4) *ibidem, & viden. Sanſovin. de Famil. Vrſina.*

Vt memores animæ ſint ultra Sacra Iſabella,
Dum faciunt Fratres, met facti Principis alta
Vxoris tam claro terris ſanguine nata
Vt ſervet Deus incolumes poſt ipſa Maria
Tam ipſum, quam natam dilectam tempore longo.
Quam Mundo aſſimilem tanti genuere parentes.
Quæ tenet hoc Mundo gratum Lavinia nomen.
Anno D. M.D.C.XXIX.

Nemus cum vinea Conventui proxima, mox ad d.d. Fratres ſequenti monumento pertinet.

Frater Franciſcus Gonzaga totius Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter.

Ad tollendum omnem conſcientiæ ſcrupulum, qui forte ſuboriri ullo tempore poſſet, Fratribus noſtris degentibus in Conventu Venuſia Provinciæ Sancti Nicolai de proprii poſſeſſione, quod habere vi noſtra Regula Seraphica prohibemur. Fidem facio his ſcriptis, quamadmodum me proponente, quid agendum de Vinea loci, ex qua conficitur vinum. Conceſſit Sanctiſſimus Dominus Noſter Papa Sixtus V., ut eam licitè poſſideant àc fructus ex ea annales percipere poſſint, quod ideo nos negare non debemus. Romæ die ultima Auguſti M.D.LXXXV.

Nec inter laudatos benefactores dicti Conventus, magnificentia ſuperiùs inſertæ Iſabellæ Urſinæ defuerat, cujus in antecedenti conſcripta Epigraphe mentio eſt. Hæc etiam clariſſimum ortum Venuſiæ habuit (1), quæ quum poſtea eſſet adulta, necnon animi candore, virtutibus, ac venuſtate prædita, Ferdinando Primo de Aragonia, Neapolis Regi magnariorum plauſu, ac lætitia (2) nupſit. Propè reformatos prædictos, alia quoque in planitie ſita eſt Minorum, quos Cappuccinos vocant, Eccleſia Sancti Sebaſtiani, cui anno 1591., relati Ordinis Conventum, Venuſini conſtruxerunt. Et illic non ignobile viridiarium Patrum ibidem mox dies agentium, limpidiſsimis, algidiſque abundans aquis, conſpicitur.

Eccleſiam verò prædictam anno Domini 1657. die 17. Junii Frater Hyacintus Tauruſius Epiſcopus conſecravit, repoſuitque ſub Altare majori Reliquias Sanctorum Martyrum Simplicii, & Fortunati, & quadraginta dies de vera Indulgentia fidelibus conceſsit. At non

(1) *in cit.m.55.& vid.Scriptor.ut ſupra Sommont. Tazzer.& alios de geſtis Alphonſi.* ( ) *in cit.m.55.*

non longè a dicto loco, vineam pulcra domo, ſufficienti opportunitate refertam, olivis cæteriſque fructibus affluentem, quæ ad Epiſcopalem hanc Menſam pertinet, habemus; cui proximè locatum eſt Sacrum Sancti Michaelis Templum.

Intra Civitatem verò ſequentes alias Eccleſias, aut Conventus aſpicimus, illam videlicèt Sancti Auguſtini admirabili vetuſtate illuſtratam, quæ Fratres aliquot Eremitarum Ordinis alit. Devotiſsimum itidem colitur Sacellum; quod titulo Sanctæ Mariæ de Libera ornamento decoratur, ubi Feſtum ſub die ſecunda Julii quotannis celebrabatur: dicta verò Imago B. Mariæ de Libera, mox in Cathedrali, quò translata fuit, collocata ſuſpicitur; ubi eadem Feſtivitas magnificentiùs cum octava percolitur. Ibidem novæ Eccleſiæ conſtructio incepta eſt propè antiquæ veſtibulum, & atrium, ubi marmoreus lapis Galliarum Regum Stemmate cælatus habetur, necnon in clauſtro ita legitur.

Str.... Ludovicus Francorum Legis Amicus: dum fueris, ſemper Regnabis Jure Protector.

In templo Sanctiſsimæ Annunciationis ſub die vigeſima ſeptima Martii illius Feſti memoria recolitur, ubi Fratres Carmelitæ olim ætatem traducebant, ſed nunc Venuſinis Epiſcopis Eccleſia paret. Mònaſteria Sanctimonialium nunc vario ſermone producendo, intelligere neceſſùm eſt, illud Benedictini Ordinis ab ſupra enunciatis Caſsinenſibus Sanctiſsimæ Trinitatis Venuſiæ, aut à Normanniæ Principibus fundatum fuiſſe, quod ſanè ſub titulo Deiparæ de Monte Albo extrà Urbem aliquandiù extitit, ex quo loco intra Civitatem, quùm Sanctiori judicio translatum fuerit, hic modò competenti ſtructura, & pulcherrima Eccleſia ſub titulo Sancti Benedicti Sacris Virginibus ad ædificationem, ùbi ſequens habetur memoria illuminatur.

D. O. M.

Abb. Joan. Arena nob. Meſſanen. J. V. D., & S. T. D. Prothonot. Apoſt. Ill. & Rev. D. Placidi Scoppa Metropolit. Raguſinæ, & exinde Venuſin. Epiſcop. Vic. Gen. utrobique acceptiſs. obiit Kal. Septemb. A.D. M.D.C.XCIX. atat. ſua XLV. Abb. Domin. Armò e juſdem Ill., & Rev. Præſul. Cubicul. Municip. ſuo mer. are propr. hoc mort., & amor. poſ. monum.

Sic etiam legitur itidem.

Soror Magdalena Motta Abbatiſsa Sumptibus Monaſter. F. F. M.D.C.XLI.

Priſcis temporibus ædes Sancti Pantaleonis, & Sancti Sebaſtianis,

ni, ubi nunc dicti Ordinis Cappuccinorum Fratres vitam degunt, Monaſterium id cum ſuis redditibus, tenuit. Verumtamen in præſentiarum, devotè, àc lautè ibidem Sanctimoniales, quæ nigris tunicis amictæ ſunt, vivunt, necnon omni prorsùs Epiſcopi arbitrio & viſitationi, ſubjacent.

Introrsùs etiam Urbem, alterum Virginum Monaſterium, cum Eccleſia Sanctæ Mariæ de Scalis nuncupata, apparet, cui permultæ moniales Ordinis Sancti Bernardi, albiſque veſtibus indutæ ſedulò aſſerviunt. Agnetem quamdam Venuſiæ ortam, quæ olim vana fœmina, exindeque Sancti Gullielmi hortatu, illibatam vitam amplexa fuerat, Monaſterium id in Lugnani ſitu inter Apulos primò fundaviſſe, ibidemque Abbatiſſam mirabili gubernio præfuiſſe (1), certum eſt. Tunc enim illa tanta Sanctitate eluxit, ut Neapolitanus Rex ejuſdem morum odoribus allectus, Cœnobio huic, Feudum in Apulia (2) donarit. Quod ſanè varia poſt ſæcula Venuſium iiſdem redditibus; quibus ad hæc uſque tempora fruitur, translatum eſt. Eccleſiam verò dictarum Sanctimonialium latè auxit dictus Epiſcopus Tauruſius, & Altare majus Cardinalis Ludoviſius ſuo ære ampliavit.

Et denique Conſervatorium Orphanarum abſque clauſura, ubi puerculæ Dei timore inſtruuntur, jam à Principe Ludoviſio extructum cum Templo habemus.

Spinæ aureæ, aut Spinacciolæ Oppidum, quod noſtræ Epiſcopali Juriſdictioni paret, in dominio eſt temporali præclariſſimi Ducis Calabritti D. Vincentii Tuttavillæ Neapolitani Patritii, ac Minervini Domini, & probatiſſimæ Romanæ Matronæ Don. Artemiſiæ Columnæ ex Carboniani Principibus Romæ ortæ, viri. In hoc eodem Oppido, quùm id Pignatellæ Familiæ undequaque præ nobili ſubjaceret, ortus eſt Innocentius XII. Sanctiſſimus Pontifex, pauperum pater, qui ad Cœlum anno 1700. evolavit. Ibidem ſane has adſpicimus Eccleſias, nempè Parochialem Sancti Petri Apoſtoli cum Archipresbytero, & Primicerio, aliiſque Canonicis, àtque Capitularibus, necnon ſequentes, nempè Sancti Leonardi, Catharinæ, S. Joannis cum hoſpitio Peregrinorum, & B. Mariæ de Succurſu nuncupatæ. Extra menia verò Sacræ videntur ædes Sanctæ Mariæ de Civita; Sancti Sebaſtiani, Sancti Nicolai, B. Mariæ Nemoris, Sanctiſſimæ Trinitatis, ac Virorum Cœnobia tria, Patrum Mino-

f ris

(1) *Felix Renna in vita Sancti Gullielmi.* (2) *in cit.m.55., necnon Card. de Luca in libro italicè ſcripto: del Dottor Volgare lib. 14. par. 1. c.20. pag. 175.*

Digitized by Google

ris obſervantiæ Sancti Franciſci, Cappuccinorum, ubi in S. Annæ ac Sancti Antonii Abbatis Feſtivitatibus, appoſita inſcriptione, dies quadraginta de vera Indulgentia, conceſſimus omnibus Templum id Religioſè viſitantibus, necnon aliud Minorum Conventualium, de quo apud Scriptores (1) mentio habetur. Viros aliquot illuſtres Spinacciola habuit, & inter alios Franciſcum Vignolam Minervini Epiſcopum, qui anno 1700. mortem oppetiit, Franciſcum Antonium Cavedonum Ven. Innocentii XI. jam Prelatum domeſticum, & Sanctæ Mariæ in via lata de Urbe Canonicum, Neapoli anno 1726. defunctum, necnon P. Magiſtrum Jo: Dominicum de Gilbertis Min. Conventualium, virum ſuo ævo celeberrimum anno 1715. vita functum, & Joſeph Coccinellium J. C. Materæ, ac Regien. Vicarium Generalem Romæ anno 1726. obitum; doctiſſimumque P. Nicolaum Baicum ejuſdem Ordinis Minorum Conventualium clariſsimum lumen, mox in Patavino licæo Thæologiæ Lectorem qui ducatis quatuor mille idem Patriæ Cœnobium ampliavit, & alios viros inſignes Spinacciola indicat.

Propè Forenſiæ Oppidum, Sancti Juliani Feudum ruſticum, cum Abbatia Epiſcopalis hæc menſa cum Juriſdictione habet, itidemque ſexdecim milliariis circuitu ampliſſimum lucum, & paſcua tenet. Verum eodem in Oppido ejuſmodi Venuſiæ Diœceſis, quæ focularia ſupra tercentum continet, & a D. Joanne Andrea Principe de Auria Nobili Januenſi, Melphiæ Duce in imperio retenta, hæc ſita ſunt templa, nempè duo Parochialia, alterum ſub titulo Sancti Nicolai, alterumque Sanctæ Mariæ Longobardorum, itemque Sanctæ Catharinæ cum ſuo vetuſto Conventu, cujus meminit Frater Bonaventura a Faſano in hiſtoria Cuſtodiarum hujus Provinciæ (2) qui poſtea derelictus a Fratribus fuit, & a Venuſinorum Epiſcopis, eiſdem cum Palatio mox etiam diruto appropriatus. Iſtæ etiam Eccleſiæ ibidem locatæ ſunt, nempè Sancti Petri Apoſtoli, Sanctiſſimæ Annunciationis, Sanctæ Monachæ cum Fidelium Congregatione, & Sancti Antonii Abbatis. Extra Oppidi mœnia aliud Templum Deiparæ Virginis de Armenis nuncupatum, Sancti Viti, Sancti Pauli Apoſtoli, Sanctæ Mariæ de Stella extat, ubi Patres Ordinis Minorum Obſervantiæ Reformatorum permanent, in cujus majori ara Sanctiſſimi Redemptoris Noſtri Crucifixi devota, & prodigioſa Imago percolitur, miraculis undique coruſcans, & populorum Apu-

(1) *Fr. Bonav. à Faſano hiſt. Convent. hujus Prov. Venuſiæ aſſervat. pag. 54. c. 30. VVading. & Gonzag. ibidem.* (2) *pag. 59. c. 29., necnon. VVandig. tom. 7. anno* 1500. *n. 29. Gonſag. c.* 36.

puliæ frequentia mirabiliter prædicata:

Eccleſiam hanc vero Nos ſolemni ritu nuper conſecravimus, ſicuti ex ſequenti actu publico, necnon apponenda hac inſcriptione liquet.

D. O. M.
Templum hoc Deiparæ Mariæ Semper Virg.
Immaculatæ, de Stella ejuſdem Titulari,
Ac
Patronæ, verè Stellarum Stellæ Devotis lucidiſſimæ;
Nec non
Altare Majus SS. Salvatori Noſtro Crucifixo
Miraculis undique coruſcanti, dicat:
In quo
Sacræ Reliq. SS. VV. & MM. Chriſtinæ, & Candidæ
Repoſitæ ſunt:
Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Petrus Antonius Corſignani
Patrit. Marſican. in Aprutio Nob. Civis Roman.
Dei
Et Apoſtol. Sed. Grat. Epiſcopus Venuſinus
Inclit. Seraphicæ Religion. in hac Provincia
Privileg. Conſervator,
Die X. Menſ. Octob. An. D. M.DCCXXVIII.
Solemni Ritu Conſecravit.
Præſentibus Rev. P. Guard. Conv. D. Eccleſ.
Divi Franciſci Ordin. Reform.
Aliiſq; PP. Provinc. Qualificat.
Et
In Anniverſ. ejus Conſecr. Quadragint. dies
De vera Indulg. in forma Eccleſ. Conſuet.
Conceſſit.

I*N Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti Amen.* Anno a Circumciſione ipſius milleſimo, ſeptingenteſimo vigeſimo octavo ſextæ indictionis in Terra Forentiæ Venuſinæ Diœceſis, die verò Dominico decimo menſis Octobris, Sedente Sanctiſſimo Domino Noſtro D. BENEDICTO XIII. Pontifice Maximo, Pontificatus ſui Anno quinto feliciter Amen.

Illuſtriſsimus, & Reverendiſsimus in Chriſto Pater, & Dominus D. Petrus Antonius Corſignani Patritius Marſicanus in Aprutio, Nobiliſque Civis Romanus; Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gra-

f 2 tia

tia, Sanctæ Venuſinæ Eccleſię Epiſcopus, Præſulatus ſui Anno ſecundo feliciter Amen. Pontificaliter ſedens in Eccleſia Conventus RR. PP. Reformatorum Sancti Franciſci extra mœnia prædictæ Terræ poſita ſub antiqua invocatione S. Mariæ de Stella, nunc verò Sanctiſsimi Crucifixi, attendens, & conſiderans, quod non locus hominem, ſed homo locum bonis Operibus Sanctificare conſuevit, inſtantibus etiam præſentibus & poſtulantibus Rev. Fr. Padre Andrea a Cancellaria conventus hujuſmodi Guardiano Sacræ Theologiæ Lectore, necnon Ad. Rev. Padre Didaco à Cancellaria ex Provinciale Rev. Padre Alexio à Cancellaria Actuali Provinciæ Cuſtode, ac Sacræ Theologiæ Lectore, Rev. Padre Franciſco a Genziano Sacræ Theologiæ Lectore, & actuali Definitore, Rev. Padre Antonino à Cancellaria Sacræ Theologiæ Lectore, & actuali Vicario Conventus, Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi Domini Epiſcopi Confeſſario, Rev. Padre Franciſco à Cancellaria Sacræ Theologiæ Lectore ex Definitore, Rev. Padre Benigno a Salandra Theologo, & Miſsionario Apoſtolico in partibus Infidelium, Rev. Padre Seraphino a Cancellaria Lectore, & Concionatore, Rev. Padre Hieronymo à Cancellaria, Lectore, & Concionatore, Rev. Padre Laurentio ab Aviliano Sacræ Theologiæ Lectore, Rev. Padre Archangelo à Bernaudo Sacræ Theologiæ Lectore, aliiſque PP., & FF., ac per illuſtri, & Ad. Rev. D. U.J.D. D. Nicolao Raniere Cathedralis Eccleſiæ Venuſinæ Archipresbytero, Advocato Fiſcali, Rev. D. Chriſoſtomo Aniballo uno ex Præfectis ceremoniarum aliiſque ejuſdem Cathedralis Miniſtris, utroque Rev. Capitolo Sancti Nicolai, & S. Mariæ hujus Terræ, & me infraſcripto, ad laudem, gloriam, & honorem Summi, ac Omnipotentis Dei, Glorioſiſsimæ Virginis Mariæ Matris ejus, & B. Seraphici Patris S. Franciſci, eorumque gratia, & ſuffragio miſericorditer imploratis, omnibus jure, via, modo, cauſa, & forma, quibus, & prò ut melius potuit, ac fieri, & eſſe poſſit, intervenientibus omnibus, ſingulis, & quibuſcumque ſollemnitatibus, tam juris, quam facti, etiam ſubſtantialibus in ſimilibus de jure, & de conſuetudine opportunis, aſperſione aquæ benedictæ; thurificatione, Sacræque Unctionis impreſſione in forma Eccleſiæ conſueta, ac ad tenorem, & normam Pontificalis Romani ſollemni Ritu dictam Eccleſiam, & Altare majus Sanctiſsimi Salvatoris Noſtri Crucifixi in eo exiſtens conſecrandam, dedicandam, ac conſecrandum, & dedicandum duxit, pròut cum effectu illam, & illud conſecravit, ac dedicavit, Reliquiaſque Sanctarum Martyrum Chriſtinæ, & Candidæ in eodem Altare majori incluſit. In cuius rei teſtimonium idem Illuſtriſsimus, & Reverendiſsimus Dominus Epiſcopus

ſcopus mandavit mihi Cancellario Epiſcopalis Curiæ, dictuſque Reverendus Pater Guardianus rogavit me Cancellarium, quod de conſecratione, ac dedicatione prædictis publicum conficere deberem Actum, & Inſtrumentum ad futuram rei memoriam, quemadmodum facto confeci, & in fidem &c. unde &c. præſentibus etiam Magnificis Docto. e Phiſico Petro Antonio Chriſtiani, Julio Frangione, Notario Octavio Quinante, & Mattheo Cannalonga teſtibus adhibitis, vocatis atque rogatis &c.

Ita eſt D. Joſeph Canonicus li Santi Cancellarius Epiſcopalis ſtipulavit &c.

In prædicto Oppido, Venuſini Antiſti.es æſtivo tempore, ob atris etiam ſalubritatem aliquando degunt.

Caſtrum Montis Garagnoni cum Eccleſia B. Mariæ Martyrum, quod ad præſtantiſſimum illius Ducem, ac Sacri Regii Collateralis Conſilii emeritum Regentem doctrina, & integritate in ævum commendandum D. Thomam Mazzacaram pertinet, noſtræ huic Diœceſi paret.

Maſcheti, vel Marcheſii alterum Oppidum ſatis etiam amplum, quod olim Epiſcoporum Venuſiæ Feudum era:, & nunc ad ~~Illuſtrem Principem de Auria~~ ſpectat, cum onere quotannis ſolvendi noſtræ Epiſcopali Menſæ certam quamdam pecuniarum ſummam ob dicti Dominii recognitionem, in noſtra pariter Diœceſi ſitum eſt. Hujus ſanè accolæ Græco more vivunt, quatenus à Latinis permittitur (1); Tempore autèm Epiſcopi de Laurentiis, vel alterius, cujus certam memoriam non habemus, cautum eſt, quod dicti Oppidi Clerici Latino more Sacras explerent functiones, retinent tamen Epirorum linguam, ſed italicè quoquè loquuntur. Epiroticæ autem, Strabone teſte, non ſolum meliores totius Greciæ, ſed etiam Italiæ fuerunt. Parochialem habent Sancto Eliæ Sacram, & has alias Eccleſias B. Mariæ Gratiarum, B. Mariæ de Caroſino appellatam, Sanctæ Venereæ cum Peregrinorum hoſpitio, necnon Deiparæ Virginis Conſtantinopolitanæ. Viros Maſchetum aliquot habuit inſignes, inter quos Joannem Giura in Urbe Neapolis celeberrimum Advocatum, ex quo nati ſunt Michael Giura doctiſſimus, àc probus vir Metropolitanæ Eccleſiæ Sancti Januarii dictæ Urbis Canonicus, & alii quamplures ejuſdem Familiæ virtute præditi Viri.

* Exc. dom. Antonium Coyafam.

Ap-

(1) *teſte etiam Ughell. tom. 7. edit. 1. col. 218.*

APPENDIX

In Eccleſia Cathedrali Venuſina, in qua ara Sanctiſſimi Sacramenti ſeqnens inſcriptio aſservatur.

Lopes de lago Hyſpanus vivens Ann. 1536. *precavit in hujus ara ſacelli ſingulis diebus miſſam, at die lunæ, per ſe ſuiſque majoris ſollemnem cum reſponſorio, feſtis vero Sancti Jacobi, omniumque Sanctorum cum primis, & ſecundis Veſperis item ſollemniter, & quotannis die ſui obitus Anniverſarium celebrari, & qualibet bebdomada ſemel pro Anima Mariæ Lopes cum Anniverſario, alterumque per Ioannis de Lago ejus Filii quolibet die Iovis pro Petro Conſalis ter in bebdomada pro Petro de Vigliena Sacra fieri cautum eſt, cenſu addicto pro omnibus ſupraſcriptis redactis poſtea ad formam Sacr.Concil Trident. memoria ergo poſitum eſt hoc marmor die* 20. *menſis Auguſti* 1602. *D.Victoria Umbriana curavit.*

Altare Sancti Viti, quod privilegiatum eſt, etiam futuris perpetuis temporibus Gregorii XIII. diplomate, ad Capitulum ejuſdem Cathedralis pertinet. Situm eſt propè ſcalam, qua ad aliam ſubterraneam Eccleſiam Cathedralis ejuſmodi deſcendimus, quæquidem illius indicat vetuſtatem.

In Eccleſiis Ordinis Cappucinorum Spinaciolæ, & Venuſii, dies quadraginta de vera Indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta in diebus S. Antonii Abbatis, & S. Annæ, Noſtro appoſito ſtemmate, ac Inſcriptionibus ibidem inſculptis, anno 1728. eaſdem pie viſitantibus elargiti fuimus.

In Cancellaria Epiſcopii, ita legitur.

D. O. M.
Aulam hanc jampridem Juri publico
Pro Juſtitia reddenda, & Archivio
Illibate ſervando ab Anteceſſoribus addictam:

Po-

Digitized by Google

Poſteà verò vetuſtate collapſam, mox ad
Reorum coercitionem Infernè excitatis
Carceribus, & ad Epiſcopalis Curiæ
Commodum; Tùm lateralibus ædificiis
Reconcinnatis, tùm ſcalis anticis
De integro conſtructis; Ioannes
Franciſcus de Laurentiis Ripanus
Epiſcopus Venuſinus
Anno ab orbe Redempto M. DC. XCVI.
Ære proprio his omnibus impenſo
Reſtaurandam curavit.

In Cathedrali Eccleſia hæc etiam habetur Epigraphes.

Joanni Baptiſtæ Lauridia, Blaſio J.V.D. Patritio Venuſino
Et Anna Ferrari Nobili Senenſi
Prognato
Mathematicis, Philoſophicis, Legalibus, Theologicis artibus
optimè inſtructo V. I. Laurea, ac Venuſina Eccleſiæ
Canonicatu Inſignito, humanæ ſalutis
Ann. M. DCC. I. ætatis ſuæ XXVII. ad Superos
Evocato, Dominicus, & Hieronymus Fratri
digniſſimo P. * * *

Quibus ſanè (conſilio etiam clariſſimi in Urbe Sanctiſs. D. N. Prælati domeſtici Vaticanæ Baſilicæ Canonici Januarii Genuenſis Beneventani Patritii, Viri optimis moribus, omni eruditione excultiſſimi, mihique fideli amicitia juncti) abſolutis, ad Venuſinorum Antiſtitum Catalogum lucubrandum ex Ughellio (1), quem ſæpè variis notitiis ceu ſupplementis quibuſdam auximus, accedere lubet.

Philippus à S. Fabiano Pontifice circa annum Domini 238. ad hanc Cathedram evectus eſt, & poſt illum haud alii cum ſequentes habentur ejuſdem Eccleſiæ Antiſtites.

Vener. Joannes vir Sanctitate celebris, ſub Leone Primo anno 443. Epiſcopus Venuſinus vixit, de quo ſuprà mentio eſt.

Vener. Auſterus Venuſiæ Antiſtes floruit anno 493. Interfuit is conſecrationi altarium Eccleſiæ Sancti Michaelis Arcangeli de Monte

(1) *Ital. Sacr. tom. 7. col. 218. & ſeqq. edit. 1.*

te Gargano (1), & quod Martyr occubuiſſet in ſua Cathedrali, aliquorum (2) opinio eſt.

Stephanus Venuſinam Eccleſiam rexit Symmacho Pontefice anno 498., & poſt hanc plures deſiderantur ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi, hactenus minimè excepti.

Petrus Venuſinus Præſul anno 1014. interfuit conſecrationi Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Foreſta Lavellenſis.

Jaquintus fortaſſe Hyacintus Epiſcopus Venuſiæ fuit anno 1053. ſub eodem Præſule Drogo Comes nobilem donationem fecit Gaufrido Abbati Sanctiſsimæ Trinitatis Venuſiæ, & Tabulario Monaſterii per Ughellium (3) deſcriptam, ubi tenor videndus eſt.

Muiſardus de Villagro Venuſinus Civis (4) Epiſcopus dictæ Eccleſiæ præfuit anno 1058.

Rogèrius Epiſcopus Venuſinùs (5) anno 1069. Antiſtes floruit.

Conſtantius, conſecrationi Eccleſiæ Caſsinenſis, ut Venuſinus Præſul interfuit anno 1071. preſente Alexandro II. que conſecrationem hanc egit.

Robertus floruit anno 1177.

Bonus re, & Nomine Epiſcopus anno 1223. hanc rexit Eccleſiam (6) hic ſub Gregorio IX. à quodam iniquo Clerico injuſtè interfectus in Apologia Federici II. Ughellio (7) teſte dicitur.

Jacobus memoratur ſub Alexandro IV. Pontifice (8) dictæ Eccleſiæ Præſul.

Guido anno 1299. Venuſinus erat Epiſcopus.

Petrus anno 1331. die prima Julii in ſolutionum libro Apoſtolicæ Cameræ Epiſcopus Venuſii notatur; A Joanne XXII. ad Acheruntinam Eccleſiam translatus eſt anno 1334. quarto nonas Julii.

Fr. Auguſtinus ſuppreſſo cognomine, ac ordine Epiſcopus eodem anno 1334. huic Cathedræ præfectus eſt.

Petrus alter Venuſinus Præſul ab Ughellio deſcribitur anno 1360.

Gaufridus, vel Gofredus, Petro ſucceſsit; obiitque anno 1363. hiſce Carminibus de eiuſdem obitu (9) in maiori Campana ſuæ Cathedralis notatis.

Anno milleno treceno, ſexaquineno terno, quo factum opus hoc pervenit

(1) *ibidem col.*219. (2) *ibidem.*
(3) *ibid. col.*219. *d.* (4) *ibid. col.*221. (5) *ibid.*
(6) *ibid. Vghell. col.*225. (7) *ibid.* (8) *Vghell. ibid. qui ſequentes etiam refert.* (9) *Vghell. ibid. col.*225.

* Mabillon. Annal. Bened. [illegible]

Digitized by Google

venit in actum: Goffredina vocor: Goffredo Preſule condor: In Chriſto fundor, nuceo, factores recondor.

Thomas Archipresbyter Acernenſis Eccleſiæ Goffredo anno 1362. Urbano V. annuente ſucceſſit.

Laurentius Egidii anno 1383. Epiſcopus Venuſinus (1) prænotatur.

Joannes Epiſcopus Venuſinus Romæ degens anno 1385. Judex datus eſt ab Urbano VI. ad litem dirimendam inter Capitulum Vaticanæ Baſilicæ, & Abbatem Sancti Gregorii, ac (2) favore Capituli Sententiam protulit. Romæ eodem anno vel ſequenti diem clauſit extremum.

Franciſcus de Veneraneriis Romanus ab Urbano VI. defuncto Joanne, electus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1486.

Joannes alter electus Venuſinus Antiſtes a Bonifacio IX. anno 1395., & ab eodem Pontifice ad Groſſetanam Eccleſiam in Etruria initio anni 1400., ut in Italia Sacra legitur, translatus eſt. Reponendus itaque inter Groſſetanos Epiſcopos juxta Vghelliimet novam (3) correctionem.

Andreas de Fuſco Patritius Ravellenſis, qui prius Patriæ Epiſcopus fuerat, exinde Venuſinus Antiſtites fuit inauguratus anno 1400., de ipſo varia apud citatum Scriptorem videri poterunt.

Fr: Dioniſius de Monteleone Ordinis Prædicatorum a Martino V. ſub anno 1419. Epiſcopus Venuſinus delectus eſt, qui planè doctiſſimus ab Ughellio appellatur in Italia Sacra.

Robertus de Procopio, Archipresbyter Venuſinæ Eccleſiæ, ejuſdemque Civis, ut è Urbis quibuſdam Schedis vidimus, itidem ex eadem Italia, creatus Epiſcopus ab Eugenio IV. anno 1431. obiitque anno 1457.

Nicolaus Solimele Nobilis Salernitanus, celebris Juris Conſultus, hanc rexit Cathedram anno 1457. In Cathedrali cum hac Inſcriptione ab Ughellio omiſſa, jacet.

Nicolaus Solimele Epiſcopus Venuſinus jacet hoc tumulo, quem Nicolaus Maria Salimele Archidiaconus Venuſinus are ſuo, ſibi ſuiſque dicavit. A.D. M.D.XLIV. die 24. Aprilis.

Nicolaus Hyeronimus Porfidus Patria Venuſinus, Epiſcopus hic fuit anno 1459., cujus memoria in Campana Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Pace ejuſdem Civitatis hiſce verbis legitur.

Nicolaus Hyeronimus Porfidus Epiſcopus Venuſinus me fecit.

G Si-

(1) *ab Vghell. loc. cit. col. 226.* (2) *ibidem.* (3) *ut ille ait in 1. edit. col. 226.*

Antonius Diaconus, a Corinthanae Ecclesiae ... postea Epus. ... Venusinus an: 1451.

Sigiſmundus Pappacauda Patricius Neapolitanus, moribus, ſcientiiſque clariſſimus, Venuſinus fuit Antiſtes anno 1493., & ad Tropejenſem Eccleſiam anno 1499. translatus eſt.

Antonius Civaleria Ragonenſis ab Alexandro VI. dicto anno 1499. Venuſinus Epiſcopus electus, ab eodem Pontifice Neapolim Apoſtolicæ Sedis Nuncius miſſus eſt; deindeque Urbis Vicarius, aut Vicesgerens, præfuit (1) ſub eodem Pontifice, ſub quo obiit anno 1501.

Bernardus de Bonoioanne Recitanenſis, artium, & medicinæ Doctor ab eodem Alexandro VI., cujus fuerat cariſſimus, Antiſtes renunciatus fuit dicto anno 1501, quo ſedente immanis peſtis Venuſiam invaſit (2), ad quam propellendam omnibus viribus bonus incubuit Paſtor, & ex voto una cum Venuſinis Eccleſiam excitavit Sanctis Rocho, & Sebaſtiano, quorum patrocinio, urbs innoxia à tanto evaſit flagello. Is autem Romæ obiit anno 1510.

+ Fr. Thomas Cyprianus Ord. Praed.rum floruit circa an. 1519. et Galleria Romentanus Tom. 8. pag: 331.

* Lambertus Arbaudus Antipolenſis Gallus, a Julio II. eodem anno Epiſcopus Venuſinus creatus eſt, & Romæ Concilio Lateranenſi interfuit; Chorum Cathedralis, & portam ejuſdem exornavit, Mortem oppetiit anno 1527.

Guido ex prænobili familia Medices Florentinus Canonicus, & Clementis VII. Papæ conſanguineus, molæ Adrianæ Præfectus, vir ad omnia natus, Antiſtes hic eligitur anno 1527., ſed nedum conſecratus, factus eſt Archiepiſcopus Theatinus (3) anno 1528., de quo in Theatinis Archiepiſcopis plura apud citatum Ughellium legenda ſunt.

Ferdinandus Seronus Hiſpanus Epiſcopus Aſtenſis, in Inſumbria, ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 23. Martii 1528. Hic novam Cathedralem Eccleſiam à Pyrrho de Baucio funditùs erectam anno 1531. conſecravit, & poſtquam illam quatuordecim annis moderatus fuerat eo onere anno 1542. Paulo III. Pontifice, ut citatus auctor refert, ſe liberè exolùit.

Alvarus della Quadra Hiſpanus origine, Patria Neapolitanus, vir Nobilis, & doctus ab Ughellio appellatus, huic Eccleſiæ eodem anno præficitur, quam quum per novem annos adminiſtraſſet, Concilio Tridentino, ſicuti Eminentiſsimus Pallavicinus in ejuſdem hiſtoria teſtatur (4) interfuit. Alvarus autem poſt hæc Venuſinam Cathedram liberè dimiſit anno 1551., ſed ob ejus virtutem Carolus V. Imperator illum ad Epiſcopatum Aquilanum nominavit, quo an-

(1) *Ughell. ibid. 1. edit. col. 227.* (2) *Ughell. ibidem.* (3) *Ital. Sacr. d. tom. 7. 1. edit. col. 228.* (4) *hiſt. Conc. par. 2. lib. 13. c. 3. pag. 378.*

Digitized by Google

anno 1553. deinde tranſlatus fuit. In Anglia obiit Philippi II. Hiſpaniarum Regis Legatus (1) ad Mariam Reginam.

Simon Gattula nobilis Primicerius Neapolitanæ Eccleſiæ, à Julio III. Venuſinus Epiſcopus adſcitus eſt die 27. Aprilis 1551. obiit Neapoli anno 1556., ſepultuſque eſt in Eccleſia Sanctiſſimæ Annunciatæ.

Franciſcus Ruſticuccius nobilis Fanenſis anno 1566. à Sancto Pio V. Epiſcopus Venuſinus creatus, fuit deinde tranſlatus eſt ad Cathedram ejuſdem Patriæ.

Fr. Paulus Ubertus Bergomenſis Ordinis Prædicatorum inculpatæ vitæ vir anno 1568. ab eodem Summo Pontifice Epiſcopus Venuſinus fuit creatus, ejuſdemque corpus in communi Canonicorum ſepulcro aſſervatur.

Joannes Antonius Luccatellus Patritius Bononienſis, Paulo ſucceſſit anno 1567., quadriennio ſequenti quùm e vivis exceſſerit, in Cathedrali hoc marmore fuit ſepultus, quo Ughellium, qui lapidem non retulit, corrigimus.

Jo: Antonius Luccatellus Bononienſis Epiſcopus Venuſini feliciter vixit annis LII., obiit die 8. Septemb. 1571. cujus cadaver una cum oſſibus Fr. Pauli Uberti predeceſſ. Epiſcop. hic cura Alexandri Conſpii Bononien. ejus Vicarii conditum eſt.

Baldaxar Juſtinianus Genuenſis ex Inſula Chii, in qua natus eſt parentibus Petro, & Maria, Vincentii Cardinalis Juſtiniani ſorore anno 1539. ſub Sancto Pio V. ſatis juvenis, literis tamen liberalibus, legalibuſque egregiè inſtructus Romam venit. Interamnæ jus dixit ſub eodem Pontifice, a quo anno 1571. Venuſina Inſula condecoratus eſt. Florenti ætate ibidem defunctus eſt anno 1584., & in Cathedrali cum hac epigraphe ſepultus eſt.

D. O. M.

Baldaxarri Juſtiano Genuenſi Epiſcopo Venuſino, Julius Abbas, & Horatius Hieroſolymitanus Eques Juſtiniani Fratres Fratri benemerenti poſuere. Vixit annos XLV. inter quos in Epiſcopatu XII., obiit die XIII. Martii 1584.

Joannes Thomas Sanfelicius Patritius Neapolitanus Epiſcopus Cavenſis fuit, & in Concilio Tridentino clarus, Eccleſiam Cavenſem dimiſit anno 1551. ab Gregorio XIII., anno verò 1583. Venuſinus Epiſcopus creatus eſt, mortemque ſequenti biennio oppetiit, &

 in

(1) *Ughell. ibidem col. 229.*

Digitized by Google

in Cathedrali ſepulcrum habuit, cujus ſanè memoria apud Pallavicinum in Concilii Tridentini hiſtoria paſſim habetur, ejuſdemque Familiæ procerum, aliorumque Præſulum in Italia Sacra mentio (1) legitur.

Joannes Hieronymus Marerius Nobilis Aquilanus, ejuſdem noſtræ ortus Provinciæ clariſſimus, primò Archipresbyter Terræ Terlizii nullius Diœceſis, deinde à Gregorio XIII. dicto anno 1585. Epiſcopus Venuſinus creatus eſt. Eccleſiam Cathedralem propriis ſumptibus illuſtravit, & ſubſeliia Chori poſt Altare majus accomodari juſſit. Suggeſtum ejuſdem templi, ejus ſuaſionibus marmoreum factum eſt. Obiit anno dicto 1566., & in Cathedrali communem expectat reſurectionem.

Frater Petrus Rodulfus Toſſr[illegible]ſis, Ordinis Minorum Conv. Sancti Franciſci Conſultor S. Congregationis Inquiſitionis a Sixto V. Epiſc. Venuſ. inauguratus eſt anno 1587.; variis ornamentis Cathedralem perluſtravit, & Conſtitutiones Synodales promulgavit anno 1589.; ediditque Romæ per Paulum Bladum anno 1591. ad Greg. XIV. a quò deinde eodem anno ad Eccleſiam Senogallienſem fuit translatus. Vir ſanè doctiſſimus, qui inter cætera opera publicæ commoditati evulgata, hiſtoriam ſui ordinis planè notiſſimam Typis dedit. De ipſo multi Scriptores loquuntur, quos hic referre noſtrum non eſt.

Frater Vincentius Calcius Songinas Ordinis Prædicatorum Provincialis Terræ Sanctæ, & Socius Generalis Ordinis, à laudato Pontifice Gregorio anno 1591. huic Cathedræ præfectus eſt. Obiit in Reſidentia anno 1598., & in Cathedrali tumulum habuit cum hac Epigraphe:

D. O. M.

Fra Vincentio Calceo Songinen: Epiſcopo Venuſino, D. Melchior Coletta Cantor Venuſinus hoc poſuit Sepulchrum: vixit ann. XXXXVII., inter quos in Epiſcopatu VII.; obiit III. Maii anno Dom. M.D.XCVIII. una cum oſſibus Reverendiſſimi Marerii Prædeceſſoris.

Sigiſmundus Donatus Corrigienſis, Cardinalis Bernerii Vicarius indè Archidiaconus, à Clemente VIII., anno prædicto Venuſinus Antiſtes fuit delectus, poſteà ad Aſculanam Eccleſiam in Piceno translatus eſt anno 1605., & ad Remp. Venetam Nuncius miſſus fuit.

Ma-

(1) *Vghell. d. tom. 7. col. 231. 1. edit.*

Digitized by Google

Marius Murus Melphienſis electus Epiſcopus Venuſinus anno 1605. ab dicto Clemente VIII., obiit Melphiæ anno 1610. ubi humi jacet.

Andreas Perbenedictus Nobilis Camers à Paulo V. Epiſc. Venuſ. conſecratus eſt anno 1611.: Is fuit Pronepos, aut affinis Mariani Perbenedicti de Camerino S.Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ampliſſimi & Roberti ejuſdem Familiæ Nucerini Antiſtitis. Fuerat Andreas Vicarius Generalis Cataniæ, Nuceriæ, Cæſenæ, ac Mediolani, ubi apud Federicum Cardinalem Borromæum eluxit. Eccleſiam Cathedralem Sanctorum Reliquiis exornavit, necnon illam proprio ære inſtauravit. Nonnullas Sodalitates ad Dei cultum augendum inſtituit, ac inſtitutas ferè collabentes ad priſtinam devotionem reduxit, plura doctrinæ Gymnaſia ordinavit, & Synodales Lucubratiſſimas Conſtitutiones anno 1614. celebravit, ediditque etiam celeberrimum Italicum opus cum hac Epigraphe: *Spirituale diſcorſo ſopra le due Strade della Vita humana*, Venetiis per Evangeliſtam Deuchinum 1620. in 4. Obiit anno 1634. & in Cathedrali cum hac Inſcriptione ab Ughellio prætermiſſa ſepultus eſt.

Andreæ Perbenedicto Camerti, qui Præſulum Catanei Mediolanique geſtis vicibus, exinde Epiſ. Venuſinus, & per luſtrum huic Regno Epiſcoporum Viſitator præfuit anno ſalutis M. D. C. XXXIV., ætatis ſuæ LXVII., Epiſcopatus XXIV. defuncto; Venantius Perbenedictus J. V. D. Nepos, & Heres Benem. poni curavit.

Bartholomeus Frigerius Ferrarienſis, jam Gregorii XV., & Cardinalis Ludoviſii familiaris, Beneficiatus priùs, exindeque Canonicus Sancti Petri de Urbe, quo tempore librum edidit ſub hoc titulo: *L'Economo Prudente*, anno 1629. per Ludovicum Grignanum, ab Urbano VIII. anno 1635. Venuſii Epiſcopus renunciatus eſt, obiitque anno ſequenti, & in eadem Cathedrali, cum hiſce notis à nemine relatis reſurectionem expectat.

D. Bartholomeus Frigerius Ferrarienſ., qui Romæ Gregor. XV., & ejus Nepotis Ludovici Cardi: de Familia, & in Sancti Petri Benef. C. fuit ætatis LV. creatus Epiſcopus Venuſinus ab Urbano VIII. XXIII. Septembris, M. D. C. XXXVI. Barbara Frigeria ejus Nepos cum ſuo Viro Aſcanio Vitale Romano Ben. P.

Gaſpar Conturla de Specie apud Januenſes ab eodem Pontifice anno 1636. Epiſcopus Venuſinus creatus eſt, quam Ughellius omiſit obiitque Neapoli an. 1641.

Saluſtius Peculus Interamnas, olim Archiepiſcopi Compſani in Belgio Apoſtolici Nuncii Auditor intuitu ſuorum laborum, non anno 1640. ut Ughellius refert, ſed 1642. Antiſtes Venuſinus delectus eſt.

Epi-

Epiſcopium auxit, ornavitque, necnon Conſtitutiones Synodales ſcripſit licet non ederet. Hanc Eccleſiam dimiſit, exindeq; Romæ obiit.

Frater Antonius Pavonellus de Civitella Tronti in Aprutio Ordinis Minorum Conventualium anno 1648: ab Innocentio X. Epiſcopus Venuſinus creatus eſt, Synodum celebravit, quam tamen publicæ luci minimè mandavit, ſed Palatium ornamentis non paucis luſtravit, & anno 1653. vita functus, in Cathedrali Sepulcrum hoc monumento hactenùs a nemimè relato habuit.

Frater Antonius Pavonellus à Civitella Tronti Minorum Conventualium, excellent: D. Nicolai Principis Ludoviſii, Gregorii XV., & nunc Innocent. X. Nepotes Benemer. per annos quinque, ſumma omnium laude Epiſcopatum geſſit. Obiit X. Kal. Octob. M. D.LIII. ætatis ſuæ annor. LII., cujus anima requieſcat in pace. Tiberius Pavonellus ejus Nepos P.

Frater Hiacynthus Tauruſius Urbevetanus, Ordinis Prædicatorum Archiepiſcopus Miræ, ab eodem Summo Pontifice Innocen: X., anno 1654., Epiſc. Venuſinus creatus eſt; fuit ex præclariſſimâ Patriæ ſuæ Familia, quæ Sanctos, necnon Cardinales, Viroſque undequaque celeberrimos Eccleſiæ Dei, ac Mundo dedit. Anno 1670. quum ad Cœlum evolaverit, in ſua Cathedrali humatus eſt. Scripſit Hiacynthus vitam S. Honufrii, quàm Viterbii edidit, necnon Alberti Magni geſta, quæ minimè evulgavit, & alia plura (1) digeſſit. In Cathedrali, hæc tanti Viri habetur memoria, quam in ſecunda editione Ughellii non legimus.

Hic requieſcit Fr. Hiacynthus Tauruſius Nobilis Urbevetanus Ord. Præd. Epiſcopus Venuſ., & Archiepiſcopus Miræ, qui hanc ſibi commiſſam Eccleſiam per XX. annos laudabiliter admin. Obiit ſeptuagenarius ipſo die Dominica Reſurrectionis XXV. Martii, M.D.C.LXXIV. Joannes Baptiſta de Luca, Theatri Juſtitiæ & Veritatis Author, ex non contemnendo aſſe hæres, cui tamen Pii deſtributoris partes, nihil prò ſe retento gerere placuit, cariſſimo amico gratitudinis, & amicitiæ hoc poſuit monum.

Joannes Baptiſta de Sio Jure-Conſultus celeberrimus, Civis Canonicus, & Camiliarca Neapolitanus, non diù hanc rexit Eccleſiam, fato correptus eſt (2) anno 1677., & in Cathedrali Sepulchrum hac nota meruit habere.

Joannes Baptiſta de Sio Parthenopæus, hujus Cathedræ Præſul in ipſa triennio vixit, ſuam Sponſam veſtibus, Gemmis ornavit, legatiſque

(1) *Ex Ital. Sacra, tom. 7. in edit. 2. ſub Epiſcop. Venuſ.*
(2) *Ex Ughel. in cit. 2. edit. d. tom. 7. ubi ſequentes.*

quæ ditavit. Tandem intempeſtivo tempore ſuo fine quievit nono Kal. Sept. M.D.C.LXXVII. Abiit non obiit, hic jacet.

Franciſcus Maria Nerius Nobilis Tiburtinus J. U. D. Canonicus Neapolitanus, indè Epiſcopus Maſſæ lubrenſis, ad Venuſinam Eccleſiam translatus eſt anno 1678. Eccleſiam Sancti Philippi Nerji hic conſtruxit, obiitque anno 1685. ejus Frater Matrimonium contraxit, cum nobili Matrona ex Sanctii Ducibus Neapolitanis, ſed Familia Neria parum ante, cùm Tybure Vicarii Generalis munere anno 1723. ſub laudabili Epiſcopo Antonio Fonſecà Nòbili Romano fungeremur, morte Nicolai ab iniquo viro quodam injuſtè interfecti, extincta eſt. Ejuſdem verò Venuſini Epiſcopi ſic in noſtra Cathedrali legitur.

Franciſcus Maria Nerius I. V. D. Patrit. Tyburtinus primò Canonicus, & Advocatus Fiſcalis Neapoli Archiepiſcopatus, deinde Maſſæ Lubrenſis, poſtremò Venuſii Præſul inſigniſſimus, deceſſit hic propè ſexagenarius, optimi ejus regiminis anno VI., pridie nonas Septembris à Chriſti Nativitate M.D.C.LXXXIV. cui Placidus Scoppa Eques Meſſanenſis ex Baronibus Camei. ex Archiepiſcopatu Raguſino, pariter Venuſinorum Antiſtes ad prædeceſſ. ſui ferè, ob literatam memoriam piè recolendam, licet non immediatè ſucceſsor, ære proprio hunc monumenti lapidem ſtravit. Anno Domini, M.D.CCII.

Joannes Franciſcus de Laurentiis Nobilis Ripanus, Eccleſiæ Archidiaconus, & Piſaurenſis Vicarius Generalis, hoc Throno nobilitatus eſt 14. Maii 1685. Fuit vir doctiſſimus, & Bibliothecam in Palatio Epiſcopali longè latèque auxit, Epiſcopiumque inſtauravit. Cardinali Joanni Franciſco Albano, qui poſtea Clemens XI. renunciatus eſt, addictiſſimus extitit omni virtute excultus, edidieque de vera motus Cœleſtis irregularitate opuſculum, Piſauri Typis de Gottis 1675. Sub eodem Præſule Venuſiæ floruit Officialis Generalis Franciſcus Monacellus, qui Formularium legale Practicum in quatuor voluminibus diviſum, omnibus notiſſimum evulgavit, variaſque operis formulas ab hac noſtra Cancellaria excerpſit. Joannes Franciſcus obiit menſe Octobris anno 1698., & in Eccleſia Cathedrali hunc habuit lapidem, in ſecunda Ughelliana editione minimè relatum.

Ioanni Franciſco de Laurentiis I. V. D. Patrit. Ripano Chriſtinæ Suecorum Reginæ Romæ intimo familiari, priùs Inſignium Epiſcoporum etiam Cardinalium Vicario Viſitatori Conclaviſtæ, deinde motu proprio ſan. memor. Innocentii XI., in Epiſcopum Venuſinum delecto, S. Congregat. Indicis Conſultori, Studii Geographiæ Sacræ, illiuſque prodrom. poſtumor. orer. authori, omnigena eruditione, ac cunctarum linguarum inter-

pre-

pretatione praſtantiſs., qui ex animi humilitate, ſimulatquè pietate, ut omnium facilè ſubjiceretur pedibus, ut juvaretur precibus, juxta luſtralem hunc fontem humari voluit, dum ex hac luce migravit die 26. Octobris anno humana Redemp. M.D.C.XCVIII., ætatis ſuæ LXV., Epiſcopatus vero XIII. *Placidus Scoppa ex Archiepiſcopali Raguſina, ad hanc ſedem translatus, inclito praæceſſori ſuo hoc poſ. monum.*

Frater Placidus Scoppa, Clericus Theatinus, ac Nobilis Meſſanenſis, ex Archiepiſcopatu Raguſino ad Venuſinam Cathedram fuit ab Innoc. XII. translatus anno Domini M.D.CXCIX., deceſſitque anno 1710.in reſidentia,ubi in dicta Eccleſia hæc illius memoria hactenùs a nemine relata ſculpta eſt.

Placidus Scoppa natione Patrit. Meſſanenſis, profeſſione Clericus Theatinus, dignitate, ex Archiepiſcopo Raguſino, Venuſinorum Antiſtes, obiit in Domino, cui omnia vivunt, æſtivans Forentiæ ſeptuagenario major, anno Chriſtiano M. D. CCXI., die 25. Junii oriente Sole, cum ſediſset Raguſii annis ſex, Venuſii XII.. *Hoc tandem Sarcofaco requieſcit, cujus voluntatis executores, Januarius Pironti Archipresbiter, & Generalis Vicarius, unaque Dominicus Armò, Hieroſolymitanæ Religionis Frater Cappellanus, epigrapham hanc lapidariam poſuère.*

